mixta naturam institutiōis assumere adeo ut licet ipsa pure pri[illegible]
in codicillis facta & n principio nulla recōualescāt cessante cā nul
litatis tamē institutioni nō. Hic est casus notabilis de lega. j. l. sed
si filius. ¶ Secundum est: qr videmus qđ licet in contractibus in
nominatis pro se tm celebratis locus sit re integra penitētie. ut in
l. si pecuniam. in princ. ff. de condi. ob cau. tn secus quando ipse
adiungitur nominato: qr tunc quēadmodū3 cōtractu nominato
penitētie nō est locus. C. de act. & ob. l. sicut. ita nec innominato. ff.
de ser. expor. l. quesitū. §. qui sine manumissione ad libertatē l. j. Ita
ergo

ergo in proposito donatio ipsa vltime voluntati adiuncta naturam reuocabilē assumit quemadmodum ꝛ ipsa testamēti factio. ¶ Premissis tamen non refragantibus contrariā sententiam arbitror veriorem. Primo motus ex sententia Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg. iij. Bald. in l. rationes. C. de proba. in l. si creditoris. C. de fideicōmis. in lectura referētium dictum Petri ꝛ Cy. in l. generaliter. C. de nō nu. pecu. terminantiū confessionem in testamēto factam ꝛ ex qua ius patri quesitum est irreuocabilem esse dummodo pars cui ius queritur aut alius pro ea recipiens interuenerit. ¶ Secundo quia regulam habeo qd cōtractus ipse donationis donatione perfecta irreuocabilis est. C. de reuoc. dona. l. si donationem. ꝛ l. vlti. Qui ergo dicere vult hoc casu donationem effici reuocabilem det mihi legem probantem cum in dubio regule standum sit. ff. de testi. l. j. ff. de procura. l. mutus. cum simili. ¶ Tertio quia clarū est exceptionem in quibusdam firmare regulam in non exceptis. vt in aut. de non alie. §. vt autē. ff. de legi. l. in his. ꝛ ibi concordan. in glo. Sed casus excepti quibus potest perfecta donatio reuocari positi in l. vltima. C. de reuoca. dona. non cōprehendunt sub se istud ergo in hoc regula firma manet. ¶ Quarto quia in simili video qd cōtractus innominatus contractui nominato admixtus naturam suam regulariter nō amittit quoniam pōt re integra pœnitentia reuocari. vt est casus. ff. de don. l. Aristo. ff. de ser. expor. l. iij. C. si mancipium ita fuerit alienatum. l. si. in fi. Ita ergo dicā in pposito. vt cōtractus ipse vltime voluntati admixtus naturā suā que irreuocabilitatē continet nō amittat. Nec refragat tex. in d. l. quesitum cū alio allegata. quoniā ibi loquit̄ de casu quo modus fuit adiectus cōtractui nominato in fauorem vnius ex cōtrahentibus. cuius nō intererat pœnitentie locū esse quo casu non est locus idē. ff. de pact. l. si cum fundum. cū ibi plene no. secus autem regulariter. vt in premissis iuribus. ¶ Ultimo in hac sententia habeo testē egregium do. Bal. C. de testa. l. cum antiquitas. ꝛ in l. si. ff. de reb. cre. ꝛ qd idem not. C. de iure deli. l. si anis. ¶ Ex quibus omnibus cōcluditur in proposito casu donationē ipsam factam per Philippum Angelo reuocabilem censeri.

Consilium. clxxij.

¶ Si res vxoris vel que tradite fuerunt vxori per socerum fuerūt pignorate per confratrē mariti ꝛ pecunia conuersa in vtilitatem communem. An pōt vxor petere ipsas res si perdite sunt vel earū extimationem. ꝛ quid quādo non apparet qd pecunia sit conuersa in vtilitatem cōmunem. ꝛ res ipse fuerunt pignorate per maritum an in diuisione fratrum possint peti per vxorem.

1 ¶ Socius alteri socio damna que latronum in cursu obuenerunt resarcire non tenetur.

2 Donata vxori a consanguineis viri remanent ipsius viri non autem ipsius cuius contemplatione donantur.

3 Dos de cōmuni substantia fratrum non est reddenda sed de propria mariti recipientis nisi probetur versa in re communi.

4 Fratres qui simul vixerunt licet vnus de fructibus aduentitiorum in conuictu plusquā alter posuerit nihil tamen petere potest.

¶ In christi nomine Amen.

In proposito thematē strictim ac breuiter procedens primo a leuioribus exordiū capio dicēs res quascūqz p Margaretā ꝛ Joānutium petitas q in introitu Jacobi de colūna vt maiore cui resisti nō potuit amisse sunt non iure postulari. ff. de actio. 1 emp. l. si ea res. ff. loc. l. si merces. §. vis maior. † Non enī consocius fraterqz alteri fratri ea dāna resarcire tenetur que latronum incursu. vt in casu pposito accidit obuenerūt. ff. pro socio. l. cū duobus. §. dānū. ꝛ l. socius socio in gn̄alitate sui nisi forte culpa respectu precedētis odiī aut inimicitie ipsi nelcōsocij descendens in cursum hūc processerit. ff. sol. ma. l. pe. in prin. ff. loc. l. si merces. §. culpe. ꝛ hec de primo. ¶ Quo ad scdm. An iure petant̄ annullus ꝛ stabile. ꝛ etiā apistigliatura. breuiter dicēdū qd cū psupponat̄ hec p socerū ipsi nurui empta si quidē donatio precesserit ipsius soceri morte cōfirmata ꝛ pecunia ipsarū rerū pditarū sub pignoratione perceptarū in cōfratrū negocia cōuersa sit is cōfrater a quo petit̄ p rata obligat⁹ est. sec⁹ si alr. ff. p soc. l. cū eo. ꝛ l. iure societatis. Sin autē res pmisse ipsi vxori donate nō fuerint. aut de donatione dubitetur quo casu donatio non psumit̄. vt no. Bar. in l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bo. ꝛ Bald. in l. in is. §. j. sol. ma. ꝛ in l. cū ꝛc. C. de don. an̄ nup. ꝛ in aut. ex testamēto. C. de colla. tali casu petitio ipsa iniusta est cū veniāt poti⁹ dicte res tanq̄ cōes ꝛ pfectitie in ipsos cōfratres diuidēdo. C. fa. erc. l. certū. ꝛ l. si. C. de colla. Sin autem pf ipse res illas nō emerit: sꝫ pmissa vxor ex pecunia ppria: tūc ēt iniusta censet̄ petitio cū ita demū ad ea alienū cōsocius tenebat̄ qn̄ illud in cōem cām versum est ꝛ nō aliter. vt est casus in d. l. iure societatis. Clarū aūt ꝫstat res pmissas in cōem vsum versas nō esse sed tm̄ in vsuꝫ pmisse vxoris. ergo ꝛc. Sin aūt res ipse post mortem per dictū Joānnuciū empte sunt. tūc ēt iniusta est petitio. qm̄ tunc eatenus de dicta pecunia expensa is Joānucius resarcire tenetur quatenus de ipsi⁹ cōfratris expēdit. ff. pro soc. l. si qd vn⁹ ex sociis. ¶ Quo ad tertiū quo querit̄. An iuste petant̄ ea cētum que premisse vxori in domo paterna donata sunt. Solutio ex pmissis pꝫ quoniā si ipsa pecunia in cōem archam societatis sit ꝫuersa recte p rata petit̄: ꝛ nō alias vt in d. l. iure societatis. ꝛ dicta l. omne es. ¶ Quo ad quartum. an recte petat̄ donatio propter nuptias per cōem partem ipsi vxori facta. Breuiter dicēdum qd aut donatio ipsa fuit per patrē promissa: sed non soluta: ꝛ tunc frater ipse pro portiōe hereditatis cōueniri poterit. C. de hereditariis actionib. l. pro hereditariis. cum similibus. Non autem pro rata societatis quoniam ipse vt socius ad hoc nō obligatur. vt ex infra dicendis apparebit. aut fuit per partē soluta: ꝛ tūc solutio manifestat̄. ex d. l. iure societatis. scꝫ vt demū ita cōueniri possit pro rata frater si in cōem causam res ipsa sit versa. ꝛ non aliter. ¶ Quo ad quintum quum petunt̄ ducati cētum expensi in nuptiis fraternis. Breuiter dicendū qd quatenus de parte ipsius confratris dicte pecunie expēse sunt ꝛ anus dicte pecunie repetende sunt ꝛ nō amplius. ꝛ hoc probatur. ꝛ cōmuniter deciditur in dicta l. si quatenus. ꝛ in l. iij. §. fin. ff. de mi. ꝛ bonori. ꝛ in l. si. ff. de peti. heredita. ¶ Quo ad vltimum pro parte dicti Joannuciī petuntur cētum sua contemplatione donata vxori fraterne. Breuiter dicendum iniustam esse petitionem. quoniā secūdum cōmunem opi. positā in l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. ꝛ pupilla. ꝛ in d. l. cum ꝛc. ꝛ l. vt liberis. C. de colla. vbi ego post Ang. plenissime dixi † donata vxori a
2
consanguineis viri remanent ipsius viri non autem ipsius cuius contemplatione donant̄ quamobrem iniusta est petitio omnium centum cū imo peti debeant pro rata societatis si illa in cōmunionem venerint. ꝛ nō aliter. Sed secundūꝫ opi. quā nouissime teneo qd donata ipsi vxori cōsanguineis viri in dominiū ipsius vxoris effectualiter transeant per casum nouū ꝛ p singularē ad hoc in l. seruus cōmunis. ff. de dona. inter vi. satis iniustior est hec petitio cum id petat qd neqꝫ ipsius neqꝫ fratris nullo iure esse censent̄. vt ex se patet. ꝛ hec sufficiant. quo ad partem Joānncij ꝛ vxoris sue. ¶ Circa primum autē quo queritur pro parte Katharine vxoris Stephannucij. s. an iusta sit eiusdē petitio petentis partē dotis solute. breuiter dicendum hanc questionē decidi a Specu. in tit. de iudi. §. sequitur quarta parte. ver. quid si in cōmuni. ꝛ ver. quid si
3
duo dicentē † dotē de cōmuni substātia fratrū nō esse reddēdā. sed de propria mariti recipiētis nisi probet̄ versa in re cōmuni. ꝛ hāc partē sequit̄ do. Bal. in l. si patruus. C. communia vtriusqꝫ iudic. ꝛ in l. actione. §. si. ꝛ in l. si socius pro filia. ff. pro soc. in lect. florentina. ¶ Quo autē ad secūdum quo querit̄ an iusta sit petitio eiusdem de pecunia data in donationē propter nuptias. breuiter dicendum qd nō nisi probet̄ illa in cōmunem vsum versa per. d. l. iure societatis. ꝛ d. l. omne es. ꝛ ita breuiter dicendū est de omnibus qui vtriusqꝫ vxor petit qd illa ita demum ꝛ nō aliter peti possint ab altero ex cōfratrib⁹ si in cōem causam versa fuerit. Ita dicēdo qd quecunqꝫ propria amborū vxorꝫ nō debēt inter ipsos fratres diuidi: quia illa in societate non potuerunt venire. sed debent penes quēcūqꝫ ex maritis integra manere tanq̄ es alienū ipsius vxorib⁹ restituēdū. ¶ Quo ad tertiū quo querit̄. An iusta sit petitio ipsi⁹ Stephannutij expēsarū maiorū fratrū ab altero cōfratrū respectu maioris familie. Breuiter dicēdū hāc questionem decisam ex verbis Bal. in l. si patruus preallē. ꝛ per virū singularē ac scientie eminentem do. Pet. de ancha. in suo cōsilio incipiēte materia de qua querit̄ nō est noua. sed tacta p doc. etiā dicētem qd lꝫ vnus ex fratribus sociis maiori familia grauat⁹ plusq̄ alter expēderit de cōmuni tamen in istis sicut in cōibus expēsis ac consumptis scrupulosa inquisitio nō est habēda tpe diuisionis maxime si longissimo tpe vitā in cōi duxerūt. qm̄ facilius in his cōsumptis donatio psumitur iure cōsanguinitatis. ff. de pbat. l. pcula. ꝛ facit ad idē. d. l. si socius p filia ibi dū dicit. nā cōe si hoc pactū fuerit nō interesse q̄ alter solus filiā habuerit. quinimo ꝛc. Satis ad hoc potēter adduci
4
tūr casus singularis. in c. si duo de fratribus de nouo beneficio inuestitura. x. col. quē allegauit do. Bal. in l. vlti. C. de colla. dicens † qd vbi fratres simul vixerunt lꝫ vnus de fructib⁹ aduētitiorū in cōuictu plusq̄ alter posuerit. nihil tñ petere pōt. Ex quibus omnib⁹ ad ea que dubitationem habere videbantur responsum est.

Consilium. clxxiij.

1 ¶ Si de re mere spirituali est factū cōpromissum in laycū vt arbitratorē ꝛ laudatū est an valeat. ꝛ dicit qd sic maxime si est ratificatum ꝛ hic tractat qn̄ de re ecclesiastica potest cōpromitti in laycū.

¶ In christi nomine amen.

1 Pro decisione † proposite questionis est breuiter aduertendum qd aut dictum compromissum extitit in laycos factum super re mere ciuili vel temporali cui nihil spirituale est annexum: ꝛ tunc clarum est laudum inde sequutum validum extitisse. quoniam in laycos de re ecclesiastica mere temporali vel ciuili per clericos compromitti potest. Casus est extra de arbit. c. exposita ꝛ not. glo. extra de iudi. c. decernimus. extra de arbi. c. contingit. Dummodo dicamus laudum in preiudiciū clerici validū extitisse nō aūt sue ecclesie si sine autoritate sui diocesani cōpromissuꝫ extitit. vt no. gl. extra de arbi. peruenit ꝛ ibidē Hostien. ꝛ plane do.

Anto.co.ti.cū tpe.plenius Spe.in ti.de arbi.§.restat.ver.sed hm
quid clericus.⁊ in.§.fini.§.sed,nunq̄d pcedatur. Aut cōpromissum
est de re mere spirituali ⁊ tūc aut in laycos tantum clericis nō ad-
mixtis.⁊ vt in arbitros.⁊ tali casu cōpromissum nullum est.⁊ con
sequenter laudū.vt in.d.c.contingit.⁊.c.per tuas.eo.ti.Siuautē in
eosdē vt in arbitratores cōpromissum est.⁊ tūc prima fronte vide-
tur etiā tale compromissum ⁊ consequenter laudum nullum ea ra
tione q: arbitramētum ⁊ transactio equiparant.vt in aut.si vero
cōtingerit.C.de iudi.⁊ in aut.vt differēt.iudi.post prin.Sed pro-
prie transactio super spirituale regulariter nulla est in.c.statuim⁹
⁊ l.c.super eo.cū ibi plene no.extra de transac.⁊ plene dicūt legiste
in.l.fi.C.eo.ti.ergo ⁊ arbitramētum.Scd̄o q: videtur laycis spiri-
tualium rerū cognitio tam principaliter quā incidēter interdicta
extra de ordi.cog.c.tuā.de iudi.quāto.qui fil.sint legi.latori.cum si.
¶ Premissis tñ non refragantibus ẜrium puto de iure probabi-
liter posse dici duabus rationibus.¶ Primo q: si vbi summaria
aut extraordinaria est cognitio nō est iudici layco pbibitū cogno
sci.vt singular ter no.spe.in ti.de prio decre.§.restat.versi.sed qd si
actione retulit do.Bald.in aut.ci qui iurat.C.de bo.aut.iudi.pos.
ergo multo magis censet pmissa cognitio ipsi arbitratori layco q
vt amicabilis compositor de plano cognoscit.⁊ sine figura iudicij
ordinarij.vt no.Inno.de iure.c.quintanallis.⁊ no.ff.de arb.l.si de
meis.§.recepisse.¶ Scd̄o q: si vbi nō pcedit per viā disceptatiōis
ordinarie:s3 de plano per modū cōfessiōis aut alr premissa est ipsi
layco iudici spiritualiū cognitio incipiēs.vt elegāter idē spe.no.i
ti.de recōuentione.§.nūc dicamus.ver.sed nunqd incidēter.Et re
tulit do.Bal.C.de iudi.l.quoties.ff.so.ma.l.titia.⁊ in.l.fi.C.de car
bo.alias.de succes.edic.ergo quāto magis vt premissa ipsi arbitra
tori p viam cōpositionis amicabilis pcedenti.¶ Ultimo reperio
hanc partē licet nō istis rōnibus tenuisse do.Pet.de anch.in suis
consilijs cōsilio qd̄ incipit.istā questionē dubiā facit.c.cōtingit ⁊c.
⁊ facit qd̄ no.do.Bal.in.l.vnica.C.de cōfes.Postremo in pposito
casu posito.sed non cōcesso:q: falsum est.vt ex superioribus patet
qd̄ dictū laudum fuisset nullum.Nihilominus ad idē seruādum
pars aduersa cōpellitur ex eo q: per eadē ratificatū est q̄ quidē ra
tificatio l3 laudum nullū nō possit facere validū in vi laudi.vt est
casus in.c.examinata.de confir.vti.vel inuti.nihilominus potest
in vim pacti.vt in.l.fi.C.communia vtriusq3 iudi.Et hec ot pro
missa consultatione dicta sufficiant.

Consilium.clxxiiij.

1 ¶ Instātiā triēnalē h3 petitio executionis instrumēti.Et nu.4.
2 Diffinitiua sententia non potest fieri sine preexistenti instantia.
3 Ratio legis vbi vniuersalior est dicto licet arguere a ratione non obstante specialiter dicti.
5 Litis contestatio ficta sufficit ad inducendam metam triennalem.
6 Instantia consensu partium prorogari non potest.
7 Contractus si est celebratus in scriptis:nunquam fidem damus instrumento nisi exhibeatur petitum prothocollum.
8 Sententie cuiuslibet virt⁹ nullo redditur(etiā si iurē iudicatā transie rit)quando is pro quo lata est contrariam pbationem addmittit.

¶ In Christi nomine amen.

Amplissime doctor.¶ Spectabilis dñe col
lateralis pro dilucidatione cau
1 se heredū magnifici dñi.¶ †Uisū videndū primo est an
instātia sit perēpta.⁊ in hoc indubitanter arbitror qd̄
sic.¶ Primo autoritatibus alīs coram vestra reuerētia allegatis.
Scd̄o rōnibus ⁊ prio tali.Nō pōt negari qd̄ ista petitio executio-
nis instrumēti nō habeat instātiā.Prio per tex.l.i.in ver.conten
tiosa litigātiū instātia.C.de iura.cal.per quē pbat qd̄ vbi est ẜtra-
dictio ibi est instātia.¶ S.do q: snīa ferenda super hmōi petitiōe
l3 sup pcessu summario est diffinitiua.vt est tex.singularis.in cle.
sepe in fi.ot ver.sig.l3 alr dixerit Ang.⁊ male in quodā in suo con
2 silio.⁊ in.l.imperiū.ff.de iuris.om.iudi.†Sed diffinitiua snīa non
pōt ferri sine preexistēti instātia.vt p3 ex regula.l.plenā.⁊ no.Bal.
C.qñ prouo.nō est ne.l.i.⁊ in.l.duob⁹.ff.de excep.rei iud.⁊ in.l.nā ⁊
postea.§.si dānet.ff.de iure.hoc ergo p̄supposito sequit qd̄ illa in-
3 stātia esse debeat triennalis.qd̄ prio probo.†Q: vbi ratio legis vni
uersalior est dicto licet arguere a rōne nō obstāte specialitate dicti
vt pbat.in.l.regula.§.s3 l3.ff.de iur.⁊ fa.igno.⁊ in.c.ẜstōnem de re-
gula.lib.vi.⁊ glo.in aut.minoris debitoris ver.a ratione.⁊ in aut.
vnde sumit super eo.ver.C.qui tuto.da.pos.⁊ in cle.i.in ver.digat.
de elec.Sed ratio tex.posita.in.d.l.pperandū.vbi ideo statutū est
triennium ne lites fint immortales est generalior dicto requirēte
ad lapsum tēporis lit.cōtesta.⁊ cōprehendens istum casum scilicet
instantie super petitione executionis ergo ⁊c.¶ Scd̄o q: si tex.in
d.cle.sepe.ideo lit.cōtest.⁊ aliū iudiciarium ordinē minoresq3 dila
tiones in causa summaria concedit qualis est hec.vt ipse summa-
rie breuioris sint vite quam ordinarie.vt ibidē dicit litera quan-
to magis debemus dicere instantiam huius summarie cause pa-
ri tempore cum ordinaria duraturā nemo eliqui dubitat:ne ali-
ter dicendo in vanum finis inducta contrarium operentur con
tra.l.nulla.⁊.l.qd̄ fauore.⁊.l.legata inutiliter.⁊.c.trāsmisse.de ver

4 bo.significa.cum simi.¶ †Tertio ⁊ posito qd̄ in premisso casu lis
ipsa non sit formaliter contestata nihilominus optimum est fac
ti premissam instātiam vite triennalis existere.Quod primo pro-
batur:q: causa ipsa dotis in qua lit.contest.non exigitur.vt nouis
ter allego casum in cle.dispēdiosam.de iudi.iuncta cle.sepe.instan
tiam habet triennalē vt expressim firmat do.Bal.in rubrica.C.de
prius.do.¶ Scd̄o q: video in simili causam ipsam appellationis
in qua lit.contest.non exigitur.vt plene no.legiste in.l.i.C.ne liceat
in vna eademq3 causa.⁊ in.l.fi.§.illud.C.de temp.appel.⁊ Bal.ple-
ne in aut.hoc sacramentum.C.de iura.calum.⁊ Io.an.⁊ alij extra
de testa.⁊ Raynaldus in nouella habere instātiā vite annalis.et
ex causa biennalis.C.de tēpo.appel.aut.ei qui.extra de appel.c.cū
sit romana.⁊ in.c.ex.ratione.¶ Tertio q: video causam ipsam de
positi que executionē habet paratam ⁊ cōsequenter lit.cōtestatio-
nem non exigentem.vt est casus singularis scd̄m Bar.quē communi-
ter tenemus in.l.si quis.C.depo.si.⁊ no.Bal.in.l.exceptionem.C.de
proba.habere similiter instantiam triennalem.vt probatur ex ge-
5 neralitate dicte.l.properandū.†Ceterum ⁊ si vera lit.cōtesta.non
fuerit nihilominus ficta sufficit ad inducendā metam triennalē
qd̄ probo:quia ponatur actorem seu reum ante lit.contest.contu-
maciter absentare certum est tali casu verā lit.contesta.iudici non
posse que requirit verbalem confirmationē ⁊ negationem.vt in.l.
i.C.de lit.cōtest.⁊ in.c.i.eo.ti.iudicetur tamen ficta.quodam cōtu
macia quē facit habere pro negāte aut affirmāte.vt nbi magis est
preiudiciū.vt in.l.de etate.cōtra qui tacuit.ff.de interroga.act.Et
no.in.l.quādiu la grande in glo.ff.de acqui.here.⁊ nihilominus
video hāc fictā lit.cōtest.sufficere ad cursum mete annalis quo cō
tra contumacē absq3 vera lit.cōtest.finit instantia.vt in predictis
est casus.C.quomodo ⁊ quan.iud.aut.qui semel.Scd̄o probo ex
simili quo video fictam lit.contest.prescriptionē interrumpere si-
cut ⁊ verā iuxta.l.fi.C.de prescript.xxx.anno.hec est casus.ff.si quis
cau.l.si eum.§.qui iniuriarū.⁊ no.do.Bald.C.de rei vend.l.mo?
lit.¶ Quod aūt in proposito casu ficta litis cōtestatio interuene-
rit.probatur ex eo q: in his casibus in quibus lit.non contesta.vt
in proposito incipere tractare de meritis cause habet loco lit.con
test.vt not.Bar.⁊ aliī.in.l.nulla.C.de procu.⁊ idem Barto.in.l.ab
executore.§.si procura.ff.de appel.Sed in pposito casu de meritis
cause inchoatū fuit tractari.vt vestre reuerentie pridie dixi loquēs
cum fuit ergo ⁊c.¶ Ex quibus oībus resultat ita firma conclu-
sio sicut Deus est.⁊ ego sum in mūdo premissam instantiam fore
6 peremptam plane.†neq3 dicendum est ea tempora quibus iudex
aūt pars impedita fuit cursum instantie impedimisse aut fore de
medio subducenda.quoniā ⁊ si pars impedimento sit aut iudex ni
hilominus labitur cursus instantie principalis nec datur restitu
tio.vt primum patet ex gl.ordi.in aut.vt spons.largi.§.hoc quoq3.
⁊ firmat Bar.in.l.arbitrio.§.dolo.ff.de dona.¶ Scd̄m probat ex
glos.in.d.§.hoc quoq3.⁊ in aut.item si.C.de tēpo.appel.Et firmat
do.Anto.hec oīa in.c.penul.extra de iudi.Postremo nec est dicē-
dum per interpositionē appellatiōis fuisse cursum instātie impe-
ditum.quoniā hoc falsum ex duobus.Primo q: sequeret qd̄ pos
sent partes prorogare terminū triennalem tacite cū nō possit ex-
presse vt firmat gl.⁊ omnes in.d.l.pperandū.qd̄ est falsum ⁊ con-
tra regulā.l.cū quid.⁊.l.qui ad certum.Scd̄o q: video in simili.qd̄
ppter pēdētiā cōpromissi nō impedit cursus instātie principalis
vt firmat Spe.⁊ Io.an.in addi.in tit.de iudice delegato.§.restat.
ver.sed nūquid de tēpore.Bar.ẜ.de iudi.l.properandū quicqd di-
xerit Bal.ibi qui semetipsum reprehēdēt.ff.de arbi.l.si qs rē.⁊ ni-
hilominus in casu pposito adest impedimentū partium eo q: cō-
promiserūt.Itē impedimētū vni⁹ iudicis inhibētis ne pcedat cō-
promisso pendēte.vt probat in.d.l.si quis rē.⁊ in.l.i.§.vnde queri-
tur.ff.de no.oper.nun.⁊ in.l.eleganter.§.si post.ff.de condi.indeb.
7 sumpto ar.de trāsa.ad cōpromissum.⁊ hec de primo ⁊ scd̄o.†Quo
ad tertium an ipsi instrumento fides detur ex quo est exhibitū pro
tocollum.indubitanter arbitror dicendum qd̄ non.primo q: vbi
cunq3 est celebratus cōtractus in scriptis:vt in casu proposito qd̄
ẜ.proxime ostendet:tūc nunquam fidē damus instrumēto nisi ex-
hibeatur petitū protocollū.Ista est doctrina Bal.qui neminem
habet ẜdicentem in rubrica.C.de fide instru.Sed in pposito casu
fuit contractus in scriptis celebratus.ergo ⁊c.¶ Qd̄ aūt ita fuit
probo ex doctrina eiusdē in.l.contractus.C.eo.ti.dicēte qd̄ q̄ par-
tes vadūt ad tabellionē vt ẜctum.redigāt in scripturā credēdum
est eos in scripturis cōtrahere voluisse:sed ita est in casu pposito
vt ex facto apparet.ergo ⁊c.Scd̄o de hoc est casus apert⁹ realiter
intelligenti sine alia fantasticatione.in.l.i.§.si quis in duob⁹.ff.de
bono.pos.scd̄m tabu.¶ Tertio:q: ideo in Constantinopolitana
ciuitate nō reperto protocollo annullabatur fides instrumenti q:
ibidē debebat notarius ipsorum contrahentiū voluntatē in pro
collo ad matricē scripturā redigere vt attestat legislator in aut.de
tabel.§.vl.S3 ⁊ idē in ciuitate Romana ẜsuetū est apud tabellio-
nes vigore iuris municipalis pridie allegati.id ⁊c.neq3 aliqd ob-
tex.in.l.fi.C.de fi instru.in quo fit maximū fundamentū:q: diuer-
sissimum est nō pduci scd̄o loco illud idē instrm cui iam in prima
productione

productione fuerat fides imposita. vt dicit tex. in d. l. si. ver. eidem
imposuit. Aliud est non produci prothocollum quod nunq̄ pro-
ductum fuerat et propter eius nō factam productionem fides in-
strumenti inefficax reddit. vnde stante diuersitate dictorum casuum
ita declaratorum illa. l. facit ad propositum quantū asinus volat.
Item nec secundo refragatur qd dictum fuit. scz per sententiā in iu-
dicio appellationis confirmatā pronunciatum fuisse instrumēto
fidem dandā licet prothocollo non exhibito. quia dici potest illam
esse nullam tanq̄ latā contra casum. l. in d. §. si quis in duobus in-
ra sunt vulgaria. Scdo et clarius: quia ex quo huiusque admisit pars
sniam obtinens iniquā de re iudicata probationes lucidas et aper-
tas quibus ostēsum est instrumēto fidē nō esse dandā prothocollo
non exhibito consequēs est vt effectus ipsius sentētie sit rescissus.
8 †nulla enī reddit cuiuslibet sentētie virtus etiā si in rē iudicatam
transierit qñ is pro quo lata est cōtrarias probationes admittit
vt in casu proposito vbi elegāter no. Inno. extra de frigi. c. fraterni
tatis. extra de repu. c. cū dilecta. et firmat do. Ant. extra de spō. c. is
qui. pōt enim snie renunciari et iuri ex ea introducto. ff. de re iud.
l. acta. vt est casus. ff. de bo. que lib. l. in seruitute. §. petierit. licet nō
possit cōfirmari secūda cōtra primā latam si prime p prius nō est
facta renunciatio. vt not. glo. ordi. in. l. si diuersa. C. de transac. Ex
quib⁹ oibus ita firmiter et in iudicio cōsciētie mee cōcludo qd iu-
stitiam obtinemus. sicut scio qd semper corā reuerētis vestra veri-
tas et iustitia locū habuit quā in psenti causa pro certo souemus.

Consilium. clxxv.

1 Recedi non potest a transactione partium consensu.
2 Laudi potestas dependet ex forma compromissi: adeo vt si extra
compromissum laudum proferatur nullum sit ipso iure.
3 Clerico non est permissum de re ecclesiastica compromitti nisi in
sui tantum preiudicium.
4 Laudū nullū nō redditur validū a subsequēte partiū ratificatione.

In Christi nomine amen.

Dictum vltimum laudū licet validū dici possit eo re-
spectu nō refragāte: scz qd p prius super eadē re a di-
uersis laudatū fuerit iuxta plene not. in. l. si diuersa. C.
1 de transac. vbi dicitur †qd a trāsactione potest recedi partium cō-
sensu. et sic a laudo cum dicatur transactio. Nihilominus dupli-
ci respectu principaliter est nullū primo: quia cōpromissum ita fa-
ctum vt certo modo laudū feratur nullū est. et consequēter laudū
inde latum. casus est. ff. de arbi. l. qualē. Sed in premissos arbitros
et arbitratores cōpromissum fuit eo adiecto vt determinato mō q
ex cōpromisso apparet sententiā ferrent: ergo per eos facta pnū-
ciatio nullius est momēti. tex. igitur premisse. l. decidit casum nūm
si teneamus hāc opi. qd ipsius decisio etiā in arbitratore locū ha-
beat quēadmodū in arbitrio. Ceterum si teneamus sulam Ange.
in. l. si cōuenerit. ff. de re iudi. tenētis dictā. l. loquētē in arbitro nō
extendi ad arbitratorē in quē secundum eundā compromitti pt.
ita vt determinato modo cōpromisso adiecto laudū pferatur: tūc
et pariformiter premissum laudū nullius erit momēti. et hoc ostē-
2 ditur: †quia potestas laudi depēdet ex forma cōpromissi adeo vt si ex-
tra cōpromissum laudū proferatur nullū sit ipso iure. ff. de arb. l. quā-
tū. §. si. et si cum dies. §. si intra. et l. non distinguemus. §. de officio.
cum sequēti. extra eo. ti. c. cū dilectus. Sed ipsi arbitratores laudā-
tes formā ac modū laudandi cōpromisso adiectum excesserunt vt
cuilibet notū esse pōt ex relatiōe ipsius laudi ad cōpromissum fa-
cta igitur nullū. Quod aūt premissa snia Ange. sit verissima duo
bus cōprobo. Primo p tex. expressuz quē ad hoc reputo notabilē
iuncta gl. in. l. i. §. exquiritur. de no. ope. nū. Scdo: quia si ptās laudā-
di ex cōpromisso depēdēs pōt cōuentione partiū totaliter perimi
vt est casus in. l. nō distinguemus. §. i. ver. cōpromisse. in ver. pacto.
ff. de arbi. ergo multo fortius poterit eadē ptās ipsorū cōpromit-
3 tentiū cōuentione terminari ac modificari. †Secundo principa-
liter idē nullū redditur ex eo: ipsi clerico nō est pmissum de re eccle-
siastica cōpromitti nisi in sui tantū preiudiciū. nō aūtē in preiudi-
cium ecclesie sine autoritate diocesani q hoc nō interuenit. vt no.
gl. extra de arbi. peruenit. et ibidē Hosti. et alii et plene do. Anto. in
eo. ti. c. cū tpe. plenius Spe. in eo. ti. §. restat. ver. sed nunqd cleric⁹. et
in. §. fini. ver. sed nunqd prelat⁹ quorū sniam etiā secut⁹ fuit pridie
4 apud Velletrū consulēs. †Neqz premisse cōclusioni refragatur qd di-
ci posset hoc laudū firmādū fore in vi pacti: lz nō possit substituere
in vi puri laudi cū subseqnēs par nū ratificatio: lz laudū nullū nō
possit facere validū in vi laudi vt est casus in. c. examinata. extra
de cōfir. vti. vel inuti. nihilominus pōt in vi pacti. vt in. l. ij. C. cōmu
nia vtriusqz iud. quia rīdetur ipsuz pactū pmisso clerico seruādū nō
fore cū habeat sub se cōditionē tacitā si ab altera pte fuerit. ff. de in
offi. testa. l. si instituta. ff. loc. l. quero. C. inter locatorē. C. de pac. l. cū
proponas. extra de iureiur. peruenit. Sed premissis clericus ipsam
conuētionem non seruauit: vt ex ipsius serie patere pōt. Igitur ipsa
mulier eidē seruare nō tenetur vt dictis iuribus. Ex quib⁹ absqz
pluri concluditur premissam mulierē ad obseruātiam ipsius laudi
non teneri nō solum in vi laudi: sed etiā in vi mere conuentionis.

Consilium. clxxvi.

1 Post cōclusum in causa non potest aliquid iuris deduci in
iudicio. Et numero. 9.
2 Conclusio in causa in criminalibus locum non habet.
3 Discussio negocio necesse est vt cōcludatur in causa iudicem debe-
re interrogare an aliquid in causa velint producere seu allegare.
4 Termino certo a statuto prefixo non est necessaria iudicis requi-
sitio.
5 Sententia ex defectu citationis nulla redditur.
6 Renunciatio per quam inducitur conclusio vt validetur non re-
quiritur iudicis consensus: sed sola eius interrogatio.
7 Iudicium initiatur trium consensu. scilicet iudicis actoris: et rei.
8 Renunciatio tacita partium sufficit ad conclusionem cause.
10 Statutum loquens de instrumētis exequendis verificatur nō tan-
tum in his que ex instrumēto patent: sed et his que tacite insunt.
11 Conclusio an sit de ordine iudiciario.
12 Decisuz si quid reperitur in iure canonico: de quo dubitatur in
iure ciuili tunc ista decisio seruanda est in foro ciuili.
13 Papa nunq̄ post conclusionē in causa concedit rescriptum in fa-
uorem vnius quin deroget iuri alterius ex conclusione quesito.
14 Pape rescribentis intentio nō presumitur esse qd ideo rescribat
vt principaliter ius alteri quesitum tollat: sed vt principaliter al-
teri faueat: licet occasionaliter alterum ledat.
15 Rescripta ad lites viciantur per omissa que si essent expressa in
aduersam sententiam potuissent rescribentem mouere.

1 **Iste sunt** †responsiones et allegationes facte.
Et primo inquātū allegatur tex. iun-
cta gl. in. l. si rē. ff. de euict. §. fi. et Bar. in. l. si mater. §. ean-
dem. ff. de excep. rei iud. in fi. vbi dicit qd post cōclusum
in causa nō possit aliquid iuris deduci iudicio. Hoc primum
allegaui in voce: licet non scripserim et hoc mille viderunt.

Inquantum allegatur in aut. de testi. §. qui nō mul-
ti. iuncta glos. Et hoc similiter in
voce vna cum tex. in titu. vt cum de appel. cog.

Inquātū dicitur qd tex. in. l. quāuis. ibi cōfecto pene iu-
dicio. C. de adult. exponitur idest cōclusiōe in ca
2 facta. †Et cōñr infertur qd in criminalib⁹ cōcluditur in causa male di-
cūt quia vt in multis locis cōiter cōcluditur in criminalibus nō cōclu
ditur in cā. quā cōclusionē ego soleo ex duob⁹ cōprobare. Prio
quia cōclō fit p renūciationē vt allegās tenet scz in criminalib⁹ causis
regula est vt iuribus defensiuis renūciari nō possit vt in glo. ord.
l. pactum inter. ff. de pact. ergo. Secūdo quia si cōcluderetur in cau-
sa nō posset post pduci instrumēta. in. c. cū dilectus. de fi. instr. Sz
hoc est falsum: quia imo possunt pduci vsqz ad calculū snie vt cōis
est conclusio et casus. ff. de pe. l. omi. ergo et c. Ille ergo tex. nihil fa-
cit. vnde loquantur allegantes aliter.

Inquantum tex. allegatur de proba. c. quā contra. ibi
renunciationes et conclusiones in. c.
pastoralis. ibi antequam renunciatum sit aut conclusum.

3 **Inquātū** †dicitur ex. l. iudices. et aut. ibi posita. C. de iudi.
et ex tex. in corpore vñ sumitur. qd discusso nego-
cio necesse est vt concludatur in causa iudicem debere interrogare.
an aliquid in cā velint pducere seu allegare. Iste modus cōcludē-
di p iudicis interrogationē fit vbi sumus in terminis iuris cōis
cū tunc nō sit in potestate solius iudicis iuri debere derogare cō-
cedēti ptibus pbādi et allegādi latissimā potestatē. ff. de fer. l. i. §.
neqz enī. Itē et tollēdi partib⁹ defensiōes vt in cle. sepe. de verb. sig.
4 et in cle. pastoralis. §. pe. de re iudi. †At vbi p statutū certus termi-
nus prefigitur non est tunc necessaria iudicis reqsitio: cū in quibus-
cunqz iudiciis ob precedentē consuetudinē vt ipsius statuti intro-
ductam intelligatur tacite includi ipse statutarius terminus ad p-
bandum et quecūqz alia pducendū. ff. de edi. edic. l. qd si nolit. §. q
assidua. ff. de aqua plu. ar. l. si prius. in. §. placuit. ff. de dam. infe. l. si
finita. in prin. et l. semp in stipulatiōe. ff. de re. iur. cōño est vt ipsius
statuti cui⁹ ignorātia p ciues allegata nō admittitur. vt no. do. bal.
in repetitiōe. l. data opera. et qd idē dicit in. l. leges. C. de legiti. hē-
res termin⁹ locū requisitiōis ptoris subintrat et p eo interpellet.
vt in. l. magna. C. cōtrahē. et cōmit. stipu. iūcta gl. in. l. si mora. ff. sol.
ma. et hoc p nūc strictim et cū celeritate perāseundo: quia p his ma-
5 ximo studio op⁹ esse. nō cēsco duob⁹ ostēditur similib⁹. †Prio quia
certū est ad sniam opus esse citationē. ex cui⁹ defectu nulla redditur
que sen. sine ap. l. i. §. itē cū. que quidē citatio interrogationē requi-
rit partis. ff. de iudi. l. ad perēptoriū et cōmissionē iudicis. C. de ex-
hib. re. l. vl. Et nihilominus statuto termino partiū conuētione vel
statuto ad sniam pferēdā alia iudicis requisitio nō est necessaria.
vt cōcludit Bar. in cōi lec. §. arbitrorum. et qd ibi no. C. de tēp. ap.
l. ij. Et refert Bal. si bene recolo in. l. sancim⁹: quo tpe miles inno-
stitura feudi petere pōt. Scdo quia certū est in pductione instru-
mētorū aut pbationū aliarū requiritur requisitio partis p iudicē
fienda. vt pz ex regula. l. de vnoquoqz. ff. l. nā ita diuus. et iij. q. ix.
charte. Et nihilominus clarū est qd termino ad pducēdū statuto
alio requisito nō est necessaria. vt cōcludit Bar. in. l. itē illa. et in. l.

qui ante kal. de verb. obli. ⁊ Bal. in. l. si quando. C. de testi. ⁊ in. l. j. ff. si quis cau. ⁊ in. l. si ante relictum. de leg. ij. C. qui admit. l. vlt. bonorum autem non est alia ratio: nisi quia vltima dies prefixi termini tacitam requisitionem inducit.

Inquantum dicitur qđ necesse sit vt valida sit cōclusio p̄ tūc in cā iudicem ipsum renūciationi cōsentire ⁊ eadē admittere vt ex dictis text. ⁊ gl. j. allegādū. ¶ Miror immēse quomodo enormia hic scribant a tāto doctore. Et primo neq̄ tex. in l. iudi. neq̄ in aut. iubem⁹. C. de iudi. ⁊ in aut. vnde sumit. neq̄ gl.
6 ibidē. neq̄ dicta doc. † volūt requiri ad validandā renunciationē per quā inducit cōclusio cōsensum iudicis taciti vel expressum sꝫ solam eius interrogationē. Preterea glos. ille dicētes nullam esse renunciationem factā probationibus loquātur. vt patet ex v̄bo renunciauerit super quo posite sunt in renunciatione tantū vni⁹ partis que nō valeat nisi fiat in iudicio vt est casus extra de testi. C. de testi. Ac qđ partes ambe in iudicio post publicationē testiū non possunt renunciare iuribus ⁊ p̄bationibus quibuscūq̄ ⁊ si iudicio cōsensus nō affuerit nunq̄ memini me legisse. ¶ Et prio illud est cōtra regulā que non reperitur in hoc pati exceptionē. in. l. si conuenerit. ff. de re iudica. ¶ Secundo: quia nil aliud est pretoris officiū vt priuatas cōuētiones quibus cōtrouersia dirimit ratas habeat etiā si eius iussus nō intercesserit: vt formaliter dixit litera. ff. de no. ope. nun. l. j. §. inde queritur. ¶ Tertio est casus expressus. ff. de iureiuran. l. duobus. §. vlt. vbi valet cōsensus partiū absq̄ iudice renunciationē inducens probationi iuramēti. ergo tales errores vt puto non aduocati sed scribentis inaduertentia procedentes aduertat iudex.

Inquantum dicitur qđ ideo requirit in conclusione in cā consensus
7 iudicis. † quia sicut triū consensu initiatur iudicium. s. iudicis actoris ⁊ rei. vt in. c. forus. de ver. sig. ita triū cōsensu concludit. per. l. nihil tā naturale. de reg. iur. ¶ Miror istis talibus primo: quia conclusio nō requiritur iudicis cōsensu per ea que supra dixi: vt ex superioribus ostendi. ¶ Scđo: quia hec doctrina falsa ex tribus manifestatur. ¶ Primo: quia ponatur iudicium trium consensu incoboatum ⁊ datur iuramētum iudiciale per qđ inducitur finis litium. vt in. l. j. in princ. ff. qua. re. act. non da. ⁊ l. j. ff. de iurein. ⁊ in. c. si christus. extra eo. requirit ne iudicis consensus: certe non: sed eiusdem confirmationem ⁊ communiter cōcluditur in dic. l. j. ff. ⁊ C. eod. titu. l. j. quicquid ibidem dixerint gloss. ¶ Scđo ponat iudicium trium cōsensu incoboatum an instantia transactione ijsdem precedētibus facta finiat quin per trāsactionem finitur instantia. vt. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. indebi. ⁊ no. C. eo. ti. l. fratris. ⁊ in. l. causas vel lites. Et soleo ego notare casum in eo. ti. in. l. si diuersa. in ver. ex integro. licet alias dubitauerit Spe. dicet ne in hac trāsactione litis an instantie finitione aut cōclusione requiri iudicis cōsensū absit: quia nunq̄ hoc cautū aut repertū est. ¶ Tertio fingam⁹ iudiciū triū consensu incoboatum finē accepisse ex snia lata in fauorē cōtumacis. iuxta. l. pperādū. §. sin aūt. C. de iud. dicem⁹ ne in cōclusione aut fine hui⁹ litis adesse consensum triū: certe nō: quia ipse cōtumax in cui⁹ fauore lata est snia nunq̄ habet pro cōsentiente. imo p̄ ꝯdicente in his que in suū vertunt cōmodum. vt in. l. de etate. §. q tacui. ⁊ in. l. quādiu. la grāde. cum ibi no. in glo. ff. de acqui. here. ¶ Est ergo ꝯñs. vt ista comm clamata regula est ita falsa: sicut iudas iscariotes.

Inquantum text. allegat in c. iudicate. ⁊ que scribent alibi in. l. cū a nobis. ¶ Hoc cum precedēti nihil ad propositū. vt ex se patet.

Infrascripta hec tollunt oia elegāter allegata. Ostēdo primo qđ tacitus cōsensus iudicis ⁊ partiū sufficit ad conclusionē in causa. ¶ Scđo: quia omniū triū tacitus interuenit consensus. ¶ Tertio qđ necessariū est hoc tp̄s existens post lapsum terminū statuti appellari cōclusionē in causa. ¶ Quarto: qđ tacita ꝯclusio in cā inducta ex tacito ꝯsensu partiū ⁊ ex iudicis dicat vera ⁊ p̄pria cōclusio. ¶ Quinto: qđ regula cancellarie veret probabiliter etiā de hac debet intelligi. ¶ Ad hec oia predicta breuiter dic q̄ imo: pro declaratiōe dubij cōsiderādus est tex. in. d. c. quoniam cōtra in ver. renūciationes ⁊ cōclusiones. ⁊ in. d. c. pastoralis. in v̄. renunciatū aut ꝯclusum. Ex qbus pꝫ p̄pter adiectam disiunctiuā ⁊ copulatiuā ipsam cōclusionē aliter posse fieri quā p renūciationem expressam ⁊ hoc verbo si garrulantes non possunt negare: quia
8 manifeste ex dictis tex. colligit. † Scđo ponderādū qđ nullus tex. reperit in mūdo qui ad cōclusionē cause requirat partiū expressam renūciationem. ergo sufficit tacita ex regula dicte. l. cū quid. ⁊ d. l. qui ad certum. Et argumēto cui nō est datū efficax responsum q̄ ita sufficit in sentētiā iudicis tacitum verbum condēno vel absoluo sicut ⁊ expressum. vt in. l. aurelius. §. fina. ff. de libe. leg. ⁊ in. l. qui tamen. §. si arbiter. Tertio ponderandum qđ sicut ius commune vltra partium renunciationē adinuenit modū tacite concludēdi in causa qui infra patebit ita potuit i casu proposito adinuenire constitutio. Modus autē adinuentus a iure communi est delatio iuramenti iudicialis post qđ nil neq̄ iuris neq̄ facti allegari pōt. ff. de iureiuran. l. nō erit. §. dato. C. eo. tit. l. vltima. per locum a speciali sed solum sententia absolutoria vel condēnatoria expectat vt in. l. iusiur. ⁊ ad pecunias. ⁊ §. vlt. ff. e. ti. Nil ergo mirū est si ipm statutum nouū modum concludēdi in causa ex lapsu termini adinuenit quemadmodum ⁊ ius commune potuit inuenire. Adest enim in huiusmodi conclusione tacite ex termino resultāte tacitus consensus iudicis ⁊ partium vt infra probabitur. ergo vera conclusio in causa vt hec consequentia inferius ostenditur. qđ adsit consensus partium patet ex duobus primo quia non ex facto resultat tacitus nō dico fictus cōsensus. vt in. l. tractabat. ⁊ l. tribuimus. §. si. ff. de testa. mili. ergo ex quo partes infra terminū statuti non alia produxerunt videat tacite cōsensisse qđ post terminum alia voluit producere. Secūdo quia ex quo sensus ipsorum ciuium statuentium fuit. vt infra certum terminū producerentur quecunq̄ viderent tacite eorum cōsensum prestitisse vt post p̄ducere non liceat. de leg. ij. l. statu lib. in. §. stichum. de postula. l. imperator cum si. ¶ Quod adsit consensus iudicis patet dupliciter. primo quia creditur seruasse voluisse qđ iurauerit. ff. de capti. ⁊ post. reuer. l. postliminij. §. captiuis. sed iurauerit seruare statutū hoc dicens post terminum prefixum nullam productionem admitti. ergo creditur vt iudex hoc precepisset. Secundo expressius hic tacitus consensus resultat ex citatione facta ad audientiā sentētias que nunq̄ fit nisi post conclusum in causa. Cum ergo consenserit in hoc qđ est posterius tacite per prius scđm cōem ordinem intellectus cōsensit in eo qđ est prius. s. cōclusioni in causa. ff. de acquir. hered. l. illud ad rem mobilem. ⁊ l. ad legatum. ⁊ l. oratio. ⁊ l. cum iurisdictio cum si. ¶ Cū ergo adsit cōsensus tacitus omniū horū ergo resultat conclusio in causa vera ex quo tex. dicunt eam aliter fieri posse quam per renunciationē expressam. vt in. d. c. quoniam contra. ⁊ d. c. pastoralis. Et qđ consequentia hec sit vera ostendit. ponatur enim primo qđ iudex tacito vel expresso verbo condēno vel absoluo p̄nunciauerit vt contingit in casibus allegatis dicit ne hec impropria sentētia. certe non imo vera ⁊ propria. Casus est extra de verb. signi. c. in his. ceterum ⁊ pactum tacito cōsensu iniri potest. ff. de pac. l. labeo. ⁊ nihilominus tacito consensu inito dicitur verum ⁊ proprium. ff. eo. ti. l. item quia. Quod ⁊ tertio patet ex cōtractu iuregentium consensu tacito celebrato qui nihilominus verus est ⁊ proprius cōtractus. ff. de act. ⁊ obl. l. cōsensu. Preterea vltimo si post hūc terminū statuti nil neq̄ iuris neq̄ facti produci potest. vt ex se patet. Sequitur necessario quod hoc tempus existens post hunc terminum debet vocari conclusio in causa quia ex eo lapsu termini illi effectus resultant qui ex cōclusione cause primo quia post illum est cognitum esse ⁊ non cognoscere. Item post illum nil vltra producitur. quoniam similiter effectus ex conclusione cause resultant. ⁊ non ex alio articulo iudicij. vt patet ex not. in d. c. si. de resti. in integ. ⁊ in. d. c. cum dilectus. ⁊ in. d. c. pastoralis. cū si. Et si quis velit tp̄s post lapsum terminum alio modo baptizari dicat mihi pro Deo: quomodo: quia fatuum est esse illud temp⁹ sine nomine. bñ ergo ⁊ optime ad propositum meum vt ex predictis patet non autē false allegaui Inno. Bal. ⁊ Host. lꝫ ignoscam dominis ⁊ partibus meis qui me vsquequaq̄ non intellexerunt.
9 † Et aduertant: quia cum dico post cōclusum in causa nil iuris p̄duci pōt intelligo nil de iure partis qđ cōsistat in instrumētis aut alijs actitatis. Non aūt intelligo de iure qđ cōsistat in legum allegationibus. vnde per prius appetant declarari quā male ⁊ mordaciter reprehendere. Superest ergo qđ ex predictis cōcludamus regulā cācellarie de cōclusione in causa loquētē in causa celebrata verificari: quia licet tacita sit cōclusio ⁊ a statuto introducta. nihilominus vera est ⁊ p̄pria vt ex superioribus. Cum enī iudicis ⁊ consequēter omnes eorū articuli sint iuris ciuilis. vt not. insti. de ob. in prin. ⁊ patet in. l. ij. §. deinde ex his. ff. de ori. iur. Consequens est vt ius ciuile aut municipale super eis disponēs veritatē inducat non autē fictionē. vt no. Bar. in. l. si is qui pro emptore in materia fictionis inductiue. Hanc autē conclusionē verissimam esse patet ex eo qđ terminauit do. Bal. in. l. C. de rei vxo. acti. ⁊ in. l. j. ff. de his
10 que in test. delē. post Bar. dubitantē dicens † statuti loquēs de instrumentis exequēdis verificari nō tantū in his que ex instrumento patent: sed ex his que tacite insunt. hec est cōmunis opi. a qua non est recedēdum. licet idē aliter loquutus fuerit ⁊ male in. l. ad probationem. C. de pba. Et mirum est qđ huic cōclusioni obijcit dum dicit taciturnitatē duorum non posse circa idē concurre: quia respondetur mihi nonne in conficiendo cōtractū societatis duorum taciens cōsensus interuenit. nonne in alijs contractib⁹ iure gētium nonne in pacto hoc idē interuenit. certe sic. vt in. d. l. ita. l. item quia. ⁊ in. d. l. consensu. ¶ Item nonne in societate distrahenda consensus duorum tacitus inductus ex longitudine tēporis vna cum aliquo actu interuenit. certe sic. vt no. glo. ordi. in. l. si officiū. alias si probatum. C. communi diui. ⁊ in. l. allegata. §. de dot. promis. loquitur in duabus fictionibus. circa idem non autem taciturnitate. vnde allegare desistant.

Ostenditur

Ostenditur hic qualiter falsum est qd dicunt dñi mei allegan
11 tes †de iure ciuili conclusionem in causa non esse de ordine iudiciario: quoniam gloss. in cle. cum aliis allegatis loquitur habito respectu ad consuetudinē tunc existentē in loco particulari non autē ad ius ciuile. ¶ Secundo ostenditur qd falsa est consequētia allegantiū dicens per statuta vrbis vsqz ad sententiam possunt produci instrumenta ergo in curia capitolij nō concluditur in causa. ¶ Aduerte bene qr non valet ista consequētia hoc nō positū in. l. probata. ergo hoc non est positū in ordine iudiciario: qr secundū hoc glo. τ doc. fuissent deus cui omnia sunt presentia. preterea contrariorū eadē est disciplina. sed si ea que ibi non sunt posita nō essent de ordine iudiciario sequeretur qd omnia ibi posita essent de ordine substātiali iudiciario adeo qd eorum omissio vitiet: vt no. glo. sing. in. c. si. in versi. iudicis. de here. lib. vi. sicut nec iuramentū calūnie: vt. C. de iura. calum. l. ij. τ extra eo. tit. c. j. lib. vj. ergo. Preterea sequeretur qd guarētigia τ iuramentū non essent vestimenta pactorū: qr non numerata per glo. §. quinimo τ tñ hoc est falsum: vt de primo patet per Bald. in. l. si causam. C. de execu. rei iudi. in. l. ex placito. C. de re. pmu. de secūdo patet: qr licet Moderni in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. τ in. c. cū cōtingit. et in. l. vt iuretur. ff. de oper. libe. τ Bal. in auē. sacramenta puberum. et in. l. j. de ope. libe. dubitet. An iuramentū vestiat pactum nudum. tamen ipse idem Bal. in. l. pe. C. de arbi. dicit esse casum qd sic. preterea sequeretur qd nec color iudicij ibi non numeratur pactū vestiret contra no. per Bal. in. l. j. de verbo. obli. τ in. l. cum quis. §. codicillis. de lega. iij. licet Bald. in repetitione. §. hoc pronocauit contra per. l. siue apud acta. τ gloss. in auē. gñaliter. C. de epis. τ cle. Itē sequeretur qd neqz fauor militie vestiret pactum nudū donationis facte militi olim de iure digestorum qd est cōtra casum quem so-
12 leo singulariter notare. ff. de dona. causa mort. l. marcell⁹. ¶ †Nota. hoc pro nunc non dissentio. Scitis eñ qd regulam habemus qd vbi in iure canonico reperitur aliquid decisuz de quo dubitatur in iure ciuili: tunc ista decisio iuris canonici seruanda est in foro ciuili. Et ista est doct. omniū sententia in. c. j. de no. oper. nun. vbi hoc exprimit litera. τ probatur ex generalitate text. in auē. vt cleri. apud proprios episcopos. τ auē. de ecde. tit. in princi. τ. ij. qd. iij. §. hinc colligit. τ. x. distin. si in adiutoriū. Si ergo iure canonico est expressum in. d. c. quoniā. contra conclusionem in causa esse iudiciarij ordinis. ergo sequitur qd debet hoc censeri fore de iure ciuili ex quo in eo istud bene nō reperitur expressum. vnde hec vestra decisio falsa est. Preterea nō valet ista vestra argumētatio p statuta vrbis vsqz ad calculū sentētie possunt instrumēta pduci. ergo sequit qd in curia capitolij nō cōcluderet in causa: qr posito quod statutū illud loquat in instrumētis ante repertis. In quo tñ dubio nihilomin⁹ τ in multis aliis casibus multa fieri possunt vsqz ad calcula sentētie. τ tñ est cōclusum in causa. vt ptz. Et primo potest iudex ex iusta τ rationabili causa partē ex officio interrogare absqz alicuius petitione. licet in causa sit conclusum. vt no. Spec. in tit. de renū. τ cōclu. in prin. in ver. τ scias. Et refert do. Bal. in. l. j. C. sent. rescin. nō pos. lz alias ex regula. l. vbicūqz. ff. de interroga. act. secus vt no. glo. in. c. cū Joānes. extra de fi. instru. ¶ Quinimo possunt τ scdo instrā nouiter repta vsqz ad calculū snie pduci posito qd p prius sit cōclusum iñ causa vt est casus notabilis scdm vnā lec. in. l. admonēdi. ¶ Tertio τ posito qd in causis summarie agitandis τ de plano cōclusum sit in ea. nihilomin⁹ iudex ad partis petitionē interrogabit aduersariū: vt no. glo. singu. in cle. sepe. in ver. interrogabit. de ver. sig. lz in aliis sec⁹: vt in. d. c. cū Joannes. ¶ Preterea quarto τ post cōclusionē in cā pōt iuramentum deferri vt in ver. casus est in. l. gñaliter. §. j. C. de reb. cre. licet communis opi. cōtra ve Bar. in. d. l. admonendi. τ Bal. ibidē in. l. j. eo. tit. τ. C. eo. l. in bone fidei. τ in. c. j. §. item si vasallus. de controuer. inuestitu. iste ergo nostre consequentie non sunt bone.

In sequenti τ hic rñdet primo ad obiecta secūdo consequēter fert qualiter regula cācellarie de iure q̄sito locū habeat in cā p̄senti.
13 ¶ †Pro rñsione aduertenda sunt duo. primo qd nūqz post cōclusionē in causa papa cōcedit rescriptū in fauorem vnius
14 quin deroget iuri alteri⁹ ex cōclusiōe quesito. ¶ †Scdo qd nunqz intētio pape rescribētis p̄sumit esse qd ideo rescribat vt pncipalr ius alteri quesitū tollat. sed vt pncipaliter alteri faueat. licet occasionaliter alterū ledat vt hoc probat in. §. merito. τ. in. §. si quis a pncipe. τ in. l. nec auus. τ melius τ forti⁹. extra de offi. dele. c. ex parte. qr ergo hec vera sunt sequeret. si verum esset qd scribit per partem aduersam qd nūqz regula cācellarie locū haberet τ requireretur in rescripto id exprimi qd regula dicat qd vt dixi intentio pape rescribētis cōmuniter sit vt iō rescribat vt aliū pncipalr iuuet nō aūt vt aliū pncipaliter ledat: lz hoc occasionaliter posset cōtingere. vt in. d. c. ex pte. ergo regula predicta indibita. Itē verbis posita τ non rebus ɔtra. c. cōmissa. τ in. l. ij. cōtra de le. τ. l. si. ff. ne quis i lo. pu. qd est trufatoriū dicere. ¶ Amice multa sunt in qb⁹ pōt papa quē releuare. τ alterū nō ledere aut saltē in pauco. ff. so. ma. l. ij. ff. de aqua plu. ar. l. ij. §. idē etiā verū. cū si. preterea papa nō ponit hanc regulā in omni cōmissione quā facit: sed in cōmissione que resultat post cōclusuz in causa. Preterea τ si vult ɔmissionē validā esse facile pōt apponere ea verba de quibus in regula τ eius cōmissio valida. extra de deci. c. ad audientiam. C. de cadu. tol. l. j. §. sin autem tollitur hec absurditas que est visa tam magna. Concludit ergo qd cum negari nō possit in tali rescripto esse defectū vtriusqz regule ergo illud nullum. τ hoc ita verum sicut deus est.

Idico omnia vel maiorē partē eorum que circa paupertatem dicta sunt p dños meos per me viua voce prius dicta. ¶ Omnia hec in voce dixi teste domino Sarasino siuult dicere verum τ domino Andrea. sed de his non curo nūc disputare.

Ostenditur hic surreptio q̄dā ob quam rescriptū ab aduersa p
15 te impetratū nullum reddit. ¶ †Rescripta ad lites viciant p omissa que si essent expssa ad aduersam sniam potuisset rescribētē monere in illo. c. sup literis. Sed omisit pars imperrās qualiter post lapsum terminū petita sunt que afferunt a tabellionibus. τ sic omisit narrare petitionē iniustā τ negligēter factam qd si fuisset expressum in specie papa nō ita de facili ɔcessisset prout concessit cum vigilantibus τ non dormientibus iura subueniant vt in. l. cum enim. ex qui. cau. ma. cum simi. ergo rescriptū nullū licet duo prima fūdata l regulis fuit sufficiētia nobis.

Consilium. dxxvij.

in.d.l.edita illa est.s.qñ due actiones sic se habent qđ vna pposita
z condēnatione secuta z executione facta contingit liberatio ab
alia Casus est.ff.si fam.fur.fecis.dicat.l.j.in fi.sed ita est in pposito
qđ intentata primo actione hypothecaria per creditorē primū z
cōdēnatione secuta ac executione facta liberat debitor ab hypo-
thecaria creditoris scđi si pro eisdē bonis intentet vt notum est z
vulgare.Igit nō admittit ꝯcursus hypothecarie pmi.¶Ex his
ergo cōcludit quo ad hypothecariā intētatā respectu primi cre-
ditoris libellū censeri validū.quo autem ad eandē intētatā respe
ctu secundi z tertij censeri inualidū.Nec est absurdū qđ vn⁹ z idē
libellus p parte aptus pro parte aūt inept⁹ iudicet.vt no.Inno.
extra de despon.impub.c.ad dissoluēdam.z do.Bal.C.de accus.l.
si quis homicidiū.z maxime in casu proposito in quo de intentio
ne agentis fuit non agere coniunctim sed diuisim z ordine succes
siuo vt ipsius libelli verba declarant.z hec de proposite consulta-
tionis articulo sufficiant.Ludouicus de Roma.

Consilium.cclxi.

1 Probatio iuramentalis que p probationem cōtrariam in-
fringitur:admittenda non est.
2 Probationes libertati fauorabiles in dubio sunt proferende.
3 Carceratorū cause fauorabilr ac leuato velo semp sunt tractāde.
4 Probationib⁹ cōtrarijs stātibus illa pferet q est fauorabilior.
5 Probationes vbi sunt cōtrarie:quarū vna ad delictū concludit:
alia vero contrariū:qr non delictum:standum est tali casu depo-
sitioni testiū quantūcunq3 negatiue per quā delictū excluditur.
6 Fideiussor conueniri nō potest priusq3 fuerit principalis debitor
aut bona eiusdem discussa.
7 Discussio non requiritur vbi notū est debitorē nō esse soluendo.
8 Ad capturā perueniri nō pōt anteq3 fiat discussio bonorum.
9 Captura est remedium subsidiarium:ad quam tūc demum per-
uenitur cum alio remedio locus esse non potest.
10 Mandatū habens ab hoie nō pōt procuratorem constituere.
11 Procurator sine speciali mandato non potest admitti ad faciē-
dum ea per que dominus possit penam incidere.
12 Causa tractantis de damno vitando fauorabilior est:quā tractā
tis de lucro captando.
13 Coniuncta persona ad agendum pro coniuncta non admittitur
in his casibus qui speciale mandatum exigunt.

SPectabiles domini collaterales iste primus
allegans plusq3 pueriliter z friuole omnia vos allega
ta dicit esse friuola.¶ Sed aduertendū pro substātia
veritatis.dicitur enim primo suspicionē fuge probatā esse per iu
1 ramentum.qđ sufficit.† Ad qđ respōdemus istam probationem
per iuramentum in nihilo eis opitulari:ex quo clarum est quan-
tumcunq3 alias probatio per iuramētum sufficiens admittatur
nihilominus illa non est admittenda que per probationem con-
trariam infringatur.Casus est de iureiur.l.duob⁹.§.vlti.C.eo.tit.
l.ii.z not.glos.de temp.ordi.c.fin.in versi.affectata.lib.vi.Inno.de
elec.qr propter.z alis plenius notaui.ff.de dam.infect.l.qui bona.
§.damni.sed nostri ex parte probatū est istū captū fore bone repu
tationis z fame.Ceterum immobilia possidere quinimo in ciui-
tate hac habitatorem esse cōtinuū que quidem omnia suspicionē
quamcunq3 fuge excludūt.vt probat primū.ff.cōmo.l.argentum.
Scđm.ff.qui satisda.cog.l.sciendū.Tertium in.l.heres absens.§.
si quis tutelam.cum ibi not.maxime per do.Bal.ff.de iudi.ergo
sequitur qđ iuramentalis probatio eorū est euacuata.z cōsequen
ter nihil opitulatur ad ipsius capture ꝯfirmationē. Scđo eandē
suspicionem probatā fore per famā.Ad qđ quidē respōdetur qđ
cum fama nostra eleganter probata fame eorūdem de directo cō
trarietur.cōsequenter dicendum qđ aut nostra est posterior z illa
eorum priori preualet.C.de sta.defunc.l.mater.ff.quis ordi.in bo.
pos.seruetur.l.ij.aut de prioritate z posterioritate non apparet.z
tunc in dubio attendenda est nostra z illa presumenda posterior
tanq3 magis fauorabilis capto qui proclamat in libertatē cum z
carcer sit species seruitutis.ff.de li.ho.exhiben.l.ij.ff.de conditio.z
2 demon.l.titio.centū.§.titio.ff.de capti.li.ij.† z in dubio probatio-
nes libertati fauorabiliores sunt preferēde.ff.de re iud.l.inter pa-
3 res.ff.de manumis.l.lege iulia.extra de re indic.c.fin.† z hoc maxi-
me verū est cū sit clare decisum carceratorum causas fauorabiliter
ac leuato velo semper esse tractandas.vt dicit tex.¶ Tertio dicit
per eorūdē testes pbatā fuisse fuge ꝯminationē ab ipso Andrea
factā fuisse.Ad qđ similiter respondet qđ cū ex parte nostra testē
4 habeam⁹ cōtrariū deponentē igit eorū probatio euacuat.† Pri-
mo qr stantibus cōtrarijs probationibus illa prefertur que est fa
uorabilior qualis hec nostra que concludit ad exemptionem a
carceribus.Inno.glo.extra de probe.c.ex litteris.Et cōcluditur
5 extra de testi.c.in nostra.z in.l.ob carmē.§.si testes.ff.de testi.† Se-
cundo qr ibi contrarie sunt probationes quarum vna ad delictū
concludit prout est probatio nobis aduersantium cōcludens ad
fugam. Alia vero concludit contrarium:qr nō delictum standū
est tali casu depositioni testium quantumcunq3 negatiue per quā
delictum excluditur.Hec est glos.ordi.z singularis.lxxxi.dis.c.clo
rici vel continentes.quam not.Bald.in repetitione.l.data.C.qui
accu.non pos.Et si allegatur ordo puta qr dicatur ea que depo
nūtur per testem nostrum dicta fuisse ab Andrea p prius.deposi
ta autē per testē eorum dicta fuisse ab eodem posterius.Respon-
detur qđ tunc ordinem nos negamus.igitur ipsis affirmātibus
eisdem incumbit probatio que minime facta fuit.C.de probati.l.
actor.ff.eodem tit.l.ei qui.cum simi.¶ Dicitur vlterius suspicio-
nem probatam esse eo quia probatum Leonardum principalem
debitorem non esse soluendo z fugitiuum. Ad qđ respondetur
hoc fore falsissimum qr ex fuga ipsius Leonardi heres eiusdem
paupertati non debet ipsi Andree iniqua afferri conditio in hoc
s.vt ipse Andreas fideiussor cuius fama in ciuitate est optima vt
probatum extitit.In hoc enim non reperitur iure cautū.z ꝯtra-
riū est regule iuris.nō dz alterū alteri iniquas afferri ꝯditio.ff.de
reg.iur.z qđ dicitur principali existente diuite sufficere dare fide-
iussorem pauperem.de iudicio sisti to casu quo parens conuenit.
vt patron⁹ quātumcūq3 locuples in iudicio ꝯueniat.vt est casus
notabilis in.l.j.in fi.ff.de in ius voc.z in.l.ii.§.qđ ait pretor.ff.qui
satisda.cog.igitur in omnibus alijs in cōtrariū est ius cōmune
Et ad hoc accedat tex.optimus.ff.de procu.mino.§.vlt.z in.l.seq.
et hec sufficiāt quo ad probationē suspicionis ipsius fuge quib⁹
illud adijcitur.s.qđ cum ex his clarissime sit deductū suspicionez
fuge ante capturā sufficienter imo nulliter esse probatam.Igit
est dicēdum qđ quātumcūq3 post capturā superuenerit ipsa legi-
tima probatio qđ tamē negamus nihilomin⁹ pbatio ipsa ad iu-
stificationē nō sufficit ex eo qr ibi ordo qui datur a lege prout hic
est.puta qđ ante capturā sit probatio suspiciōis. preposterat aut
omittitur ipsa preposteratio aut omissio viciat ad hoc.C.de sen.
l.prolatā.ff.de vul.z pup.l.ij.in.§.prius.z ibi not.plene per Bar.
¶ Quo aūt ad hoc.s.an ante capturā probatū fuerit de debito z
an requiratur plena vl sufficiat summaria probatio nihil tango
qr plene deductū fuit respōsionibus per dominū Saluū pñe-
tis cause cōpatronū.Superest igitur dicendū qđ nō ex pluribus
causis captura hec censeri dz iniusta atq3 illegitima facta.Et pri
mo qr stat decisio Dyn.z Bar.z cōis in.l.inter.§.creditor.ff.de fi-
deiusso.dicendum per legem nos quis.ff.de iure fis.l.fideiussores
magistratuū.§.pro aurelio.ff.de fideiusso.qđ anteq3 puenire pos-
sit ad personā fideiussoris peruenire debere ad distractionem bo-
norū ipsius debitoris que hypothecata sunt:vt in casu pposito
est z que sine questione detrahi possunt.sed hoc in casu pposito
minime fuit obseruatū.igitur est cōsequens vt ad personam fide
iussoris iniuste deuentū fuit.Et si dicatur hoc tolli a municipali
censura excussionem tollente.Respondet z verissime qđ ipsa mu-
nicipalis censura tollit ipsam excussionē que debet fieri ex autori
tate legis non autem ea que venit ex natura contractus.z ad quā
ipsi contrahentes se obligarunt.modo sic.Iste Andreas est fide-
iussor idemnitatis vt clarissime apparet ex ipsius fideiussionis
6 scriptura.† Casum autez habeo qđ quātumcunq3 per fideiussorē
promittenti idēnitati renūciatū fuerit de beneficio fideiussioni-
bus.nihilominus ipse fideiussor conueniri non potest per prius
quam fuerit principalis debitor:aut eiusdē bona discussa.Hic est
tex.singu.de quo Bar.facit festum in.l.i.C.de conue.fis.debi.lib.xi.
z Bal.in lib.i.C.de reuo.his que in frau.cre.statutum igitur nihil
7 nobis obstat.† Plane si dicatur discussionem hanc nō requiri ex
quo notum est hunc principalem debitorē non esse soluendo.Re
spondetur qđ nihilominus requiritur declinatoria:vt est vulga-
ta z communis opinio Barto.in.l.stipulatio.§.z habet.ff.de no.
oper.nun.Et vt videatis illam esse verissimam z communem ac
etiam vt laborem superfluum euitetis mitto vobis que super hoc
facto z passu late scripsi in.d.§.habet.¶ Vltimo si dicat per pro-
cessum iudicis ad vlteriora tacite videri sup hoc declaratone pro
nūciatum.breuiter dicendum hoc esse verum vbi hec replicatioz
non requiratur principalis excussio ex quo cōstat eum nō esse sol
uēdo fuisset in iudicio opposita z de eadem apud iudicem cogni
tum.quoniā tūc per pcessum ad vlteriora videretur iudex tacite
pronūciasse.vbi aūt de hoc minime fuisset replicatum z cognitū
tūc iudex vlteri⁹ pcedēdo tacite nō pnunciet.z hoc expresse vult
Barto.in.d.l.a procedente.C.de dila.quem aduersarius allegans
non intellexit.¶ Dicitur autem secūdo principaliter hāc captu-
ram alia ratione fuisse iniustam.scz quia si adherere volum⁹ sen-
tentie glo.ordi.cuius opi.est communis z ab omnibus verissima
8 exclamat.ad capturā peruenire nō pōt antequā fiat discussio bo-
norum ipsius capiēdi que quidē statuto nō tollit.ex eo qđ dicitur
istum bona nō habere.cū per testes meos probatū fuerit plene cō
trariū dico qđ ista glo.ordi.l.iij.§.tutores.ff.de suspec.tut.z si dica
tur qđ cōtra illā glo.est casus in.l.i.C.qui bo.ce.pos.dicentē qđ cō
dēnati nisi bonis cesserint sunt in carceres trudendi.Respondeo
illum tex.

illum textum nihil facere qm̄ suppleo ex sn̄ia glo.or.l.facta p pri⁹
bonorum excussione.⁊ ita etiam respondeo ad glo.in aut.de fide-
ius.§.qd aūt ver.cedere. ¶ †Tertio principaliter clarū est qd ista
captura est remediū subsidiariū ad quam tunc demū puenit cū
alio remedio locus esse non pōt.vt probatur in.d.l.i.C.qui bo.ce.
pos.⁊ ex.d.§.qd autem.in aut.de fideius.Sed casum habeo qd stā-
te debitore seu fideiussore suspecto quemadmoduz possunt mobi
lia seque-strari ita pōt ⁊ imobiliū creditori alienatio interdici.vt
est cas⁹ singularis in quo bar.facit festū magnū in.l.pollicitatio-
nibus.ad fi.ff.de polli.ergo sequit̄ qd cū anteqū ad capturā fuisset
peruētū potuisset ipsi Andree de fuga vt de suspecto bonoꝝ obli
gatorū alienatio interdici:ex quibus quidē ipsi creditorib⁹ sa tis
fieri potuisset.⁊ hoc factū nō fuerit.imo ex arrupto ad capturam
statim pcessum.ergo ⁊c. ¶ Ultimo aduertendū qd ad hoc nunq̄
mihi fuit respōsum sufficiēter dico ⁊ istud verissimū sicut deus est
istā capturā esse nullissimā ex defectu mādati.hic em̄ cā p quo ca
ptus fuit predictus Andreas fuit causa filij ipsi⁹ Andree de pas-
sis.Tunc sic.aut ista causa filij dicti Andree est ꝓprie eiusdem filij
adeo qd nulla vtilitas pertinet ad Andreā neq̄ rōne vsusfruct⁹
vel alio modo:⁊ tūc si Andreas iste de passis vt coniuncta psona
filij voluit ad eādem causam iure ꝓprio pcuratorē cōstituere:tūc
nō potuit cōstituere ante litē cōtestatā prout hic fecit:sed post tm̄
10 quēadmodū enim habens mādatū ab hōie nō pōt procuratorem
cōstituere nisi post lit.cōtesta.vt in.c.i.de pcura.lib.vi.C.de pcur.
l.qd quis.ff.manda.l.procuratorē.§.si negotia.ff.de appel.l.ab exe-
cutore.§.fi.ita nec habēs mādatum a lege qualis est iste pater aut
illa persona cōiuncta.Ita firmauit Spe.in ti.de pcu.§.rōne aūe
forme cōstitutionis ak.§.rōne quoq̄ cōstituentis.ver.quid si ca-
nonicus.tū dicat̄ hic sumus in causa in qua lis nō cōtestat̄.respō
deo solēniter qd vbicunq̄ quis nō pōt constituere procuratorē nisi
post litē cōtest.vt est casus noster tunc in causa in qua lis nō conte
statur nunq̄ poterit pcuratorē cōstituere.hic est tex.singularis in
l.minor.sm verum intellectū quē ibi ponit Bal.quē transmittā si
vult is.C.de ꝓdi.mino.iuncta.l.neq̄ tutores.in fi.cū si.C.de pcura.
Aut hic causa filij Andree est etiā cā cōmunis pri respectu iuris
vsusfructus.ad quā cōsequēter procuratorē cōstituere potest iure
patrio ⁊ legitimo etiā ante litē cōtestatā put est cōis conclusio in
l.i.de bo.pa.quicq̄d ibi dixerit gloss.⁊ in.d.l.i.in prin.ff.de pcu.⁊
tūc dico qd mādatū similr̄ fuit nullū cū nō interuenerit in ꝯstōne
cōsensus filij qui q̄dem est necessarius qm̄ etatem infantie excessit
prout in casu nostro est.Istū dico esse casuz qui nō est alibi in.l.cū
nō solū.§.vbi aūt in vnū.C.de bo.q̄ lib.⁊ qd no.extra de pcu.c.ac
cedēs. ¶ Ceterū credo qd somniet iste bon⁹ homo prim⁹ allegās
eum ꝯtra decisionē iuris.§.vbi aūt.allegat not.in.l.i.⁊ in.l.filius.
ff.de procu.qr nunq̄ de hoc doctores illi aliqd in ꝯtrariū dixerūt.
aut ista causa est cōis patri cum filio ratione ꝯmunis societatis.
⁊ tunc similiter ante litē ab ipso patre contestatā inquātū causa
concernit partem filij ipse pater procuratorē nō potuit substitue
re.Casus est in.l.fi.iuncta gloss.inordinatam.C.de ꝯsor.eius.litis.
11 ¶ †Scdo principaliter idem arguit̄ qr certum est qd sine speciali
mādato nō pōt pcurator admitti ad faciendū ea per quē dn̄s pos
sit in penam incidere.Casus est in.l.i.§.si pcurator.ff.si qs ius di
ce iti.⁊ in.l.si pcurator.ff.qd quisq̄ iuris.⁊ in.l.si procurator.ff.de
cōdi.inde.Sed per capturā ex forma statuti qm̄ illa fuisset iniusta
potuisset dn̄s in penam incidere.igit̄ sequit̄ qd sine speciali māda
to pcurator hic agere nō potuit. ¶ Quod aūt speciale nō habue
rit ꝓbat̄ ex eo qr cum hic loquamur in casu in quo requirit̄ man
datum speciale respectu ꝯstituētis ne in penā icidat ex facto pro-
curatoris ⁊ respectu eius contra quē pcurator constituit̄ ne quā-
do ipse contra constituentem agit ad penam rōne iniuste capture
cōstituens pōt dicere non feci si de te capiēdo in mādato meo.igit̄
est cōsequēs vt requirat̄ specialem mādatū tam specificādo eūm ex
qua vult capi facere.Ista est expressa doctrina ⁊ theorica Bart.⁊
cōmunis.ff.de do.l.filius.⁊ probat̄ in.c.procurator.de elec.lib.vi.
⁊ ex his que no.in l.vna.C.⁊ p procuratorē.⁊ in.l.i.§.inter filium.
ff.de fal.Hec autem specialitas in casu nostro nō interuenit vt ex
inspectione mandati apparet.igit̄ ⁊c.Et certe hic solū deberet no
12 bis sufficere pro victoria cause. ¶ †Ultimate obijciunt̄ nobis duo.
¶ Primum qd aduersarij tractāt de dāno vitādo nos autem de
lucro captādo igitur illi fauorabiliores.C.de iure delibe.l.vlti.C.
de codi.l.fi.Respondet̄ hoc esse falsum quia vt ex se apparet etiaz
nos tractamus de diminutione patrimonij.igit̄ ⁊c.ff de dā.infec.
l.damnum.consequens est igitur vt nos fauorabiliores simus qui
tractamus de liberatione presentis carcerati vt supra late deduxi.
¶ Secundo obijcit̄ eodē ad faciendū quem eximi de carceribus
requiritur mandatum speciale vt terminauit Bart.suo consilio
incipiente.in causa stagni.per.l.pomponius.in prin.ff.de pcurat.
Ad istud breuiter respondemus.primo quidem dictum Bar.est
13 falsissimum.†⁊ istud est deduco.coniuncta persona ad agendum
pro coniuncta non admittitur in his casibus qui speciale māda
tum exigunt.vt.ff.de lega.nomi.cane.l.ij.cum si.⁊ sic firmauit glos.C.
de procu.l.exigendi.Sed casum habeo quod coniuncta persona
vt cōiūcta admittit̄ ad petendū cōiunctā eximi de carceribus.vt
est casus in.l.iij.§.sed si mulier vel pupillus.ff.de li.bo.exhi.ergo
sequit̄ q̄ speciale nō requirit̄ qr tūc ꝯiuncta psona nō admitteret̄
Non ob.l.pomponius qm̄ illa loquit̄ in petitione exeptionis ei⁹
psone q̄ est sub ptāte patria:nos aūt loquimur in petitione exem
ptionis eius qui est sui iuris de exeptione vnius ad alterū nō pro
cedit argumentuz.Casus est in.l.i.§.in hoc interdicto.ff.de li.bo.
exhi.Preterea posito qd illud verum esset nihil tamen ad nos:
qm̄ in cā cōparuit ipse incarceratus principaliter petens se eximi
vt in actis deductū est.Ex his igitur clarissime apparet capturā
hanc minime requiritur fuisse iustificatam.⁊ consequenter iniu-
stam esse atq̄ iniustissimam.Et pro certo multum miror quomo
do curia in hoc dubitetur.

Consilium.cclij.

1 ¶ Iurisdictione quarundā causarum attributa alicui vt ordi
nario nō censetur derogatū iurisdictioni alterius ordinarij:nec
captus vt suspectus pōt allegare incōpetentiam.⁊ nu.2.

¶ In christi nomine amen.

Visum est qd substātialiter obijcit̄ ad ostēdendam ipsi⁹ capture inualiditatē.s.qr iudex curie
mercātie de esse incōpetēs ad discernendā executionez
laudi p capturā psone.cū ex forma statuti iurisdictio
ac ptās exequēdi laudi attributa curie p̄tis.Ad hoc rn̄det̄ du-
1 pliciter.† Primo qd licet p cognitionē quarūdē causarū spāliter
attributā vni ex delegato censeat̄ derogatū iurisdictioni iudicis
ordinarij.vt est casus in.c.studuisti.extra de offic.lega.tū p cogni-
tionē quarundē causarū spāliter attributā vni vt ordinario non
censet̄ in eadē derogatū iurisdictiōi alteri⁹ ordinarij vt est casus
noster:cū imo etiā alter possit eodē mō ⁊ eadē re cognoscere.Ca-
sus est.C.de offic.prefect.vrb.l.i.C.de diuer.offi.l.vires.l.xij.⁊.C.de
iur.om.iu.l.fi.iūcta glo.C.vbi causa fis.l fi.iūcta glo.plene not.do.
Bal.in.l.i.ff.de offi.cōsul.⁊.l.si qs cū pcuratorio.§.fi.ff.de pcur.l.
qd in rerū.§.si qs post.de leg.i.⁊ plenissime per do.Ang.in.l.con
2 sulta.C.de testi. ¶ †Scdo vr̄ q̄ ⁊ si is qui captus fuit fuerit capt⁹
vt suspectus nūq̄ ad inualidandā capturā potest opponere exce-
ptionē incompetētie iudicis.Ista est singularis ⁊ mirabilis con-
clusio do.Pe.de anch.decidētis casum nostrū punctaliter in suis
ꝯsilijs cōsi.cccxiiij.p pulchras rationes quas referre esset superua
cuū ⁊ ad cuiuslibet voluntatē ostēdet̄.Ex his igit̄ precedentis cō
sultationis conclusionem confirmo.

Consilium.ccliij.

1 ¶ Iurisdictionē habens ex consuetudine in vno videt̄ etiā ha-
bere in eius executiuo.per totum.

¶ In christi nomine amen.

Ad predictorū corroborationem hec duo adijciunt̄.†Primū qd cū
1 nō sit dubiū inter hos duos litigātes rectorē mercan-
tie iurisdictionē habere igit̄ est ꝯsa.vt si vnus ex his
laudū ꝓducēs petat illud executioni mādari sm formā statutorū
curie ptātis vt predict⁹ iudex hoc facere possit.Et hoc ex duob⁹.
Primo qr ꝯstitutiones ipse in superiori curia obseruate et in in-
feriori obseruari debeāt qualis est curia mercātie.ad hoc qd no.
gloss.ff.de postb.l.ex ea ⁊ ꝓbatur optime insti.de satis.in fi.ff.de le.
2 l.de qbus. ¶ †Scdo qr in fiēda executione attēdunt̄ etiā loci con
suetudines ⁊ statuta vbi executio postulat̄.vt no.do.Bald.in.l.i.
C.ne fi.p pa.⁊ in.l.vnica.C.de cōfes.⁊ in.l.de execu.rei iu.allegans.
l.iussi opinatores.C.de exac.trib.li.x. ¶ Scdo principaliter.qr ex
quo ꝯsuetudo p ipsummet rectorē allegata ꝯtulit dicte curie mer
cātie iurisdictionē laudi exequēdi quē conferre pōt.vt in.l.i.C.de
eman.lib.⁊ in.l.fi.ff.de aqua plu.ar.cū si.ergo vr̄ cōtulisse iurisdi-
ctionē eandē exequēdi facta p primus in ꝯdictorio iudici pnuncia-
tione de exequēdo cū si contulerit iurisdictionem de exequendo
actualiter qd est posterius ⁊ cōsecutiuū vr̄ cōtulisse iurisdictionē
vt possit pnunciari ipsam executionē actualem fieri debere.q̄ qui
dem pronūciatio est prius ⁊ antecedens.ar.ff.de off.eius cui mā.
est iurisdi.l.fi.in fi.ff.de iurisdi.om.iudi.l.cui iurisdictio.extra.de
off.dele.c.preterea.el primo.Preterea qua ratione cōsuetudo seu
ꝓscriptio cōferēs iurisdictionē in vno censet̄ contulisse in eius cō
secutio seu accessorio.vt est tex.optimus.ff.de vsucap.l.aliena.§.i.
C.de vsur.l.cos.eadē ratione consuetudo que confert iurisdictio-
nem in vno vr̄ contulisse in eius antecedēti.Si ergo eam contule
rit dicte curie iurisdictionē in executione laudoꝝ actuali cēsetur
etiam cōtulisse in pronunciando vt actualis fiat executio. ¶ Ex
his ergo precedentia confirmo.

Consilium.ccliiij.

1 ¶ Grauari timens indebite:pōt iudicis officiū implorare vt p
eum inhibeatur is a quo inique vexari timet.
2 Transactio que dicatur.
3 Debitum retineri potest quousq̄ is cui debetur id adimpleat ad
quod ipsi debenti tenetur.
4 Dare habens ⁊ recipere semp priusq̄ agere possit vt recipiat da-
re debet:aut legitime offerre id ad qd tenetur.

5 Solnere debēs: iusta tñ ex causa litigans: nō dicitur esse in mora.
6 Exceptio requirēs altiorē indaginē ⁊ que alias opponi nō pōt tūc licite opponit: cū offert se opponēs eandē incōtinēti probaturū.

In Christi nomine amen.

1 PRo euidētia dicēdoꝝ fundo pmo de iure hāc inhibitoriā iustissime fuisse concessam. †qđ sic pbo qñcunqꝫ qs timet indebite grauari aut molestari pōt iudicis officiū iplorare vt p eū inhibeat is a quo iniuste vexari timet. Hic est casus expssus. C. q bo. cede. pos. l. si pater. ff. de excep. l. fundi vbi vtrobiqꝫ putat interuenire ptorē debere. Sꝫ hic Hugolin⁹ ⁊ fratres iniuste vexari timebāt vt de iniustitia lr̃a clarissime demōstrat. Igit iustissime eis vestrū offm̃ iploiātib⁹ inhibitoriā ɔcessistis ɔtra eū de quo timabāt: qđ aūt iniuste molestati fuissent p dictā dominā casu quo p capturā coacti fuissent ad so-
2 lutionē manifestissime probat. †Et primo qꝛ ex quo ɔstat instrumētū quo ptꝫ qđ est facta p eos ɔpositio ⁊ clarū est hāc esse trāsactionē cū facta fuerit sup re dubia ⁊ lite icta ergo trāsactio. ff. de transa. l. i. vel metu futurę litis quo etiā casu celebrata cōpositio trāsactio est. C. de trāsac. l. ij. aliquo dato vel retēto vel sub spe alicuius dādi vel retinēdi quo etiā casu đr trāsactio. C. e. ti. l. si super possessione. ⁊ l. cū donatiōis. mō sic certū est qđ si trāsigēti ex trāsactionis causa pmissa nō seruant licitū est sibi cū quo ɔtraxit fallere que pmisit nō seruādo etiā si iuramētū interuenirer. C. de pac. l. cū pponas. C. de trāsac. l. si qs maior. ⁊ l. fine apud. ff. de inoffi. te. l. si instituta. ff. loc. l. quero. §. inter locatorē. extra de iureiur. c. puenie. cū simi. Sed ipsa dña ab Hugolino ac fratribus requisita vt ea que ad eandē puenerūt de bonis mariti traderet sm̄ qđ promisit hoc denegat facere. Igit iuste pōt dict⁹ Hugolinus nolle soluere.
3 †Scđo qꝛ certū est qđ alteri debitū retineri pōt quousqꝫ is cui debet id adimpleat ad qđ ipsi debēti tenet hic est tex. ff. de pig. ac. l. necessarias. §. si pignori. ff. de ɔdi. idebi. l. si nō forte. §. si centū. ff. de impen. l. qđ đr. ff. de cōdi. indebi. l. si in area plene no. C. ɔmod. l. vlti. ⁊. C. etiā ob chirographariā pecuniā. l. i. Sed hic Hugolin⁹ retinet pecuniā a se debitā vt hec domina adimpleat id qđ sibi tene
4 tur. igitur iuste đr facere. †Tertio hoc est regula gl. in. l. ediles. §. vlti. ff. de edil. edict. sumpta ex tex. ibi ⁊. l. iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. ⁊. l. vēdiꝫ. in si. ff. cōia pdio. qđ si qs hꝫ dare ⁊ recipere semper priusqꝫ agere possit vt recipiat dare dꝫ aūt legitime offerre id ad qđ tenet. cōsequēs est igit vt hec mulier que tractat de volēdo capere sibi debitā pecuniā prius dare debeat ea que se daturam obligauit. Quarto hoc est clarū qđ casu quo hec inhibitoria reuocaret non ex alio possent capi dict⁹ Hugolinus ⁊ fratres nisi qꝛ sunt in mora soluēdi sꝫ in nulla mora sunt vt ex duob⁹ probo igit capi nō possunt ⁊ cōsequēter inhibitoria reuocari cui⁹ reuocatio tēderet ad officiū pmittēde capture qđ aūt de mora soluē
5 di nō sit pbat primo. †qꝛ soluere debēs. iusta tñ ex cā litigās: non dicit esse in mora: vt in regula is qui sine dolo. ff. de reg. iur. ⁊. ff. qđ vi aut clā. l. si. iij. §. qui parat⁹. ff. de ver. ob. l. qui rome. §. seia. Et est casus expressus in pposito nostro. ff. de vsur. l. si qs solutionē. Sed hic Hugolinus dicta ex causa litigat cū dicta domina. s. vt ea faciat ad que sibi obligauit. ergo sequit qđ interim pēdente litigio nō est in mora soluendi. Scđm qꝛ certū e⁹ qđ oblatio excusat quē a mora. ff. de sol. qui decē. in prin. C. de vsur. l. acceptā cū si. sed obtulit hic Hugolinus in iudicio se debitū velle soluere. dum tñ dicta dña faciat ad que tenet. igit interim nō est in mora aliqua. Superest vt respōdeamus ad duo que obijciunt. Primo eñ dū dicit qđ opponi nō pōt ex forma statuti ɔ hāc dñam exceptio aliqua Breuiter respōdet hoc esse verū nisi illa que opponit sit talis que insurgat ex tenore eiusdē cōuentionis aut cōtract⁹ vt est ista que ad presens opponit quia tūc nō solū pars opponit sed etiam iudex ex proprio officio parte nō opponēte supplet. Ita dicit Bar. in. l. eū qui ita. de ver. obli. ⁊ in. l. lecta. ff. si cer. pe. ⁊ qđ idē no. in. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. Et recte in terminis ɔclusit Bal. in aut. presente. C. de fideiusso. ⁊ in. l. ex prediis. C. de euict. et qđ idem not. C. de rei vendi. l. domū. Scđo vero dū obijcit qđ hec exceptio requirit altiorē indaginē. ergo ⁊c. Ad hoc respōderi pōt. Et pri-
6 mo prout ex supra proxime dictis satis apparet. †Vel scđm sic ⁊ melius in forma exceptio requirēs altiorē indaginem ⁊ que alias opponi nō pōt tūc licite opponit cū offert se opponēs eādē incōtinēti probaturū Hic est casus. l. quā ita pncaliter summat bar. ff. vt in pos. lega. l. si is a quo. in prin. Sed hanc oppositā exceptionem hic obijciēs obtulit se incōtinēti pbaturū. ⁊ nūc etiā offert. ergo posito qđ altiorē indaginē requirat admitti dꝫ. Casus est expressus in. d. l. si is a quo. Et vt ois dubitatio de mente vestra tollatur dicit se offerri incōtinēti probaturum vltra dicta per Bar. in. d. l. si is a quo. qꝛ lꝫ offerēs nō habeat pbationes in sacro preparatas nihilominus dilationes nō petit lōgi tēporis. Sed se in hoc remittit iudicis arbitrio put remisit si etiam nūc se remittit dict⁹ Hugolin⁹. Iste est tex. singularis quē ad hoc summe ponderauit do. Ant. in. c. literas. ver. qđ si nō habeat. extra de resti. spol. Et hec sufficiāt pro vera ⁊ indubitata iustitia istoꝝ de marcellis.

Consilium. ccxlv.

1 Cumulationē pluriū actionū ɔcurrere posse quō intelligat.
2 Remedium habere ipso iure sed ope exceptionis excludi et non habere paria sunt.
3 Libello eodē plures intentare etiā ex diuersis causis an licitū sit.
4 Verba in libellis extra proprium significatum trahuntur: vt contingat eorum saluatio ⁊ validitas.
5 Commodo ⁊ mutuo diuersa significant.
6 Libellus in hypothecaria an procedat per verbum adiudicari.
7 Libellus in vna ⁊ eadem cōclusione potest pro parte esse aptus et pro parte ineptus: pars tamen inepta apta non vitiabit.
8 Libell⁹ qui apte narrat ⁊ cōcludit: expressio actiōis illū nō vitiat.
9 Negatiua quomodo probatur.

In christi nomine Amen.

1 AD primū quo dicit ɔclusionē meā in qua ostēdebā †cōcurrere posse cumulationē pluriū actionū numero nō aūt specie differētiū pcedere parte nō opponēte. secus aūt si opposuerit vt in proposito casu. Primo respondet huius exceptionis obiectū eis nō prodesse ex quo post tēpus cōstitutione prefixū opposita fuit exceptio ipsa. C. de excep. l. pe. extra eod. ti. c. pastoralis. extra de re iud. c. inter monasterium. vel scđo clarissime dico falsam fore opi. do. Bal. ⁊ ad hoc late pbandū mitto vobis cōsiliū meum qđ pridie reddidi parti aduerse sup hoc me volēti decipere. Et vltra ratio-
2 nes ibi positas addo tertiā †qđ a iure p oēs regulariter paria esse censent quē ipso iure remediū nō habere: vel habere: sed ope exceptionis excludi vt est expressum. ff. de reg. iur. l. nihil interest. ergo sequit qđ si inter me ⁊ te volēs cumulationē duarum actionū numero diuersarū lꝫ nō spē admitti intelligeretur pcedere nisi pars opponeret pinde esset. ac si statuisset cumulationē talē nō admitti cū nō intersit quā ipso iure remediū nō habere vel habere: ⁊ ope exceptionis excludi vt pncaliter dicit tex. in. d. l. nihil in. rest. Ceterū est tex dispositio illi⁹. §. ludibrio ⁊ verbis nō aūt effectu posita nec in hoc multū insisto. qꝛ p ɔsiliū meū reuerētia vestra clarissi-
3 ma reddet. †Quo ad id in quo allegāt dictū Dy. in. c. null⁹ pluribus dicēt. s. licitū fore intētare plures eodē libello etiā ex diuersis causis quā incertitudo causaret ex parte aduersarij. Sꝫ in casu nostro nulla incertitudo causat. igit ⁊c. Respōdetur qđ ipsi dictum Dy. cū reuerētia nihil ɔtstāt. Loquit eñ ipse eo casu quo plures actiones ex diuersis causis orte ad idē cōpetūt vt est ɔdictio furtiua que oritur ex furto ad repetendū rem furto subtractā. ⁊ rei vēdicatio que orit ad idē ex dominio qđ penes me est stante possessione apud aliū quo casu vult qđ lꝫ harū duarū actionū ad id petentiū ⁊ ex diuersis causis pro vna regula cumulationis impeditiua que est si executio facta post sniam latā in vna actione pariat liberationē in quacunqꝫ alia. vt. l. i. in si. ff. si fami. fur. fecis. dica tñ admittat eo casu quo icertitudo adest ex parte aduersarij puta qꝛ dubitat an ipse tanqꝫ fur rē meā custodiat. an vero ex alio titu. vt in. l. 4. §. aūt. ff. quo. le. secus aūt est in casu nostro. vbi lꝫ incertitudo nō causat ex pte aduersarij inētantes plures actiōes ex diuersis numero productas ⁊ talis nature qđ executione facta in vna nō perimunt alie. nihil ergo cōe hꝫ dictū Dy. cum terminis nostris.
4 †Ad tertiū qđ dicūt libellū nostrū nō recte cōcludere hypothecaria pter verbū adiudicari. respōdetur qđ in libellis verba extra proprium significatum trahuntur vt eorum contingat saluatio ⁊ validitas. Et licet multa possint allegari. allego primo notabile verbū Bar. in. l. ij. in si. C. de his qui rati. pub. lib. ⁊. vbi libellū formatum in mutuo per verbū cōmodauerit concludit esse vali-
5 dum improprijādo cōmodauit pro mutuauit: †lꝫ cōmodatꝫ nil habeat ɔmune cum mutuo imo si diuersissime nature. Et lꝫ etiaꝫ verbū hōc vnū tantū habeat significatum. vt est tex. in. l. ij. ff. si cer. pe. Ceterū ad idē allego no. p Inno. extra de pba. c. lꝫ causam. per Bar. in rubri. als in. l. ij. C. de vsufruc. per Bal. in. l. si. C. de cōpe. et
6 omnes in. l. sed ⁊ si possessori. ff. de iureiurā. †Preterea secundo et istud est qđ tollit omnia ⁊ aduersantiū dicta. Dico eñ qđ illa procedere possent vbi in libello hypothecarie solum appositum esset hoc verbū adiudicari quod est secundum proprium significatuꝫ ad hypothecariam ineptum. Sed in casu nostro vna cum verbo adiudicari appositum est ⁊ verbum consignari. qđ cum de eius significato trāslationem detētationis importet ⁊ est ad hypothecariam aptum verbum. igitur illud adiudicari superfluo positū ac ex superabundanti non vitiat conclusionem nostri libelli recto factam considerato verbo cōsignari. Et hoc ex duabus iuris regulis vna dicente quod ex superabundanti ac superfluo apposita actum non vitiant. ff. de regu. iur. l. non solent. de verbo. obliga. l. que extrinsecus. Secunda qꝛ vtile per inutile ⁊c. vt regula iuris vtile. cum si. Preterea vltimo allego vobis pro decisione dubijs singulare verbuꝫ Hostiē. in. c. ad dissoluendū extra de despō. impuberum. qđ refert ⁊ sequitur Lapus in suis allegationibus
7 ⁊ domi. Bald. in. l. si quis homicidij. C. de accusa. † dicentis quod in vna ⁊ eadem cōclusione potest libellus ipse pro parte esse apt⁹ ⁊ pro hac parte ineptus. pars tamen inepta aptam nō vitiabit recte igit singulariter decidit in terminis nostris qđ verba illa adiudicari

iudicari posito q quo ad hypothecariam inepte cõcludant nihil
hominus nõ viciat cõclusionẽ aptã impositã p illa verba assigna
8 ri. ¶ †De quarto quo dicunt de psonali in hoc nihil curo. Pri
mo qr nos psonalẽ actionẽ nõ expressimus in libello q procedit si
ne actiõis expressione cũ sẽp psumaf tacite ea q̃ cõuenit inte̅tata
extra de iudic.c.dilecti.ꝛ est vulgaris conclusio in.l.edita.ꝛ in.l.i.
Secũdo qr ꝛ si actio inepta fuisset expressa habemus singulariter
verbũ Inno.extra de iudi.c.examinata.qd vbicũq3 legisse firmãt
dicẽtes q qñ libell⁹ apte narrat ꝛ ↄcludit pur est nõ expressio actio
nis illũ nõ viciat. ¶ Quo ad vltimũ an testes pbẽt vergentiã ad
inopiã. Omissis no.in.l.si cõstãte.ꝛ.l.vbi ad hec.pro certo nũq̃ in
vita mea vidi testes ita clare probantes. Sunt enim isti qui depo
nũt vt ipsemet asserit noti ꝛ vicini ꝛ ↄsr q hoꝝ maritoꝝ facta scl
re presumunt.vt extra de presump.c.quosdã.ꝛ.c.quanto.ꝛ.l.si vi
cinis.ꝛ de tutela.ꝛ.l.optaui cum si.iũctis his que plene no. Bart.
ff.si cer.pe.l.i.qui dicũt istos nõ alia bona habere q̃ ea de quibus
9 in articulis q̃ vix ad alimoniã sufficiũt. †Et si dr quõ ista negati
ua per eos pbaf rñdeo pũctaliter p eũdẽ modũ per quẽ deposuit:
sc3 qd nõ pñt alia bona habere quin ipsi testes hoc scirẽt ꝛ de eis
notitiã haberent. Iste enim est modus probãdi negatiuam in ter
minis nostris punctaliter traditus a glo.or.in aut.de here.ꝛ fal.
in.§.si nõ absint.in v.ꝛ vidisse.ꝛ in.l.i.§.interdicto.ff.de iti.actuq3
priua. ¶ Unmo qd noti ꝛ vicini sint illi q vt testes magis recte
deponãt de alicuius substãtia q̃ aliqui aliĩ.est glo.ord.qñ. ffsc.vel
prima.l.ij. Et per hoc sunt vestra dubia plenet solẽniter lucidata.

Consilium.ccxlvi.

1 ¶ Clausula precarij an faciat cessare presumptionẽ fraudis.
2 Contractus in suo principali simulatus existens: quelibet clausu
la eidem adiecta simulata videtur.
3 Nominatio in iudicio fraudulenter facta an prosit nominanti.
4 Dolus nemini prodesse debet.
5 Nominatio iniusta atq3 fraudulenti tituli nõ excludit agentẽ a
petitione hereditatis.
6 Executio sententie late contra dolo alienantem priusq̃ fieri pos
sit agendum est reuocatoria.
7 Reuocatoria ad quid detur.
8 Constitutio priuilegians vnum ex correlatiuis intelligitur idem
priuilegium concedere correlatiuo alteri.
9 Beneficium spẽaliter reo cõcessum ad personã actoris extenditur.
10 Executio sñie peti nõ põt cõtra eũ in quẽ facta est in fraudẽ alie
natio.sed opus est prius agi reuocatoria.

¶ In christi nomine amen.

Clarissime assessor in pñti eã hñuis ero.tñ
qr eius vera iustitia clara est tu3
qr per huius cause patronũ abundanter extitit allega
tum. Dicif ergo pmo qd cũ dictus Michael donator
post donationẽ possidere reperiaf ↄñs est vt cẽseaf suo nõie possi
dere. Quinimo ꝛ contract⁹ ipse donationis simulatus presumaf.
Casus est expressus in.l.sicut.§.supervacuum.ff.qui.mo.pig.vel hy
1 po.sol.nec refragaf qd dici posset †qd clausula precarij instrũ do
nationis adiecta excludat hãc fraudẽ que resultat ꝛ ex possessiõe
reperta penes dictũ Michaelẽ vt volũt Bar.ꝛ Bal.quos scio vo
bis esse allegatos qñ pfati clari doc.loquunf eo casu quo de frau
dulẽta alienatione aliter cõstare nõ posset q̃ ex inuẽta possessiõe
apud alienantem post ipsam alienationem.qñ tunc veru3 est qd
clausula precarij excludit psumptionem fraudis que ex dicta pos
sessione resultaret. Sed vbi de fraude cõtractus alienationis con
stat ex aliis adminiculis q̃ ex hoc.puta qr alienatio facta in cõiũ
2 ctam personam. In lite pendente. †Item prope sententiam que
omnia vobis allegata sunt tũc est necesse fateri qd quẽadmodu3
ipse contractus in suo principali est simulatus ꝛ fraudẽ cõtinens
ita ꝛ quelibet clausula ꝛ cõsequẽter hec pcarij sibi adiecta. Ita ex
presse cõclusit Bar.l.nemo potest.in tertia col.de lega.i.decidens
qd stante principali substãtia contractus simulata quelibet clau
sula eidẽ adiecta videf simulata ꝛ cõsequẽter sine effectu.ar.l.doli
ver.diuersum.ff.de dona.cuius sũla corroboraf ex text.l.vltime.ff.
de consti.pecu.ꝛ ex glo.ad ppositũ.i.l.si patronus.§.patronum.in
ver.fama.ff.si quid in frau.patroni.ꝛ ex his que no.do. Bal.in.l.
si absentis.C.si cer.pet. Resultat igif ex premissis hec clara decisio
qd in dictum Michaelẽ peti possint recepta de disgõbrãdo tan
quam in eũ qui vere ꝛ suo pprio nõie reperif possidere non refra
3 gãte ipsa fraudulẽta alienatiõe. †Tria sunt que nobis substãtia
liter obiiciunf. Primo nominatio donatarioꝝ facta p Michae
lem in iudicio.ad hoc aũt primo respondef qd cũ hec nõiatio ma
nifeste appareat simulata ac fraudulẽta clausula pcarij ve supe
ri⁹ est deductũ.igif est ↄñs vt ipsa nõ pficiat nominatim. Hoc p
4 batur primo ex iuris gñali regula †dicẽte dolũ nemini pdesse de
bere.ff.de dolo.l.ex dolo.cum aliis vulgaribus. Scdo probaf ex eo
5 speciali qd in simili †dicimus qd nõiatio iniusta atq3 fraudulẽti
tituli nõ excludit agentem a petitione hereditatis vt probaf.ff.de
peti.heredi.l.nec vllam.§.omnibus.ꝛ.§.si quis sciebus. Secundo
vero rñdef qd cum in casu proposito petatur fieri preceptu3
de disgõbrãdo illi q habet ius in re ꝛ qui vere possidet nõie suo
licet fraudulẽter nõie alieno ↄñs est vt nõiatio in iudicio per eu3
fieri non potuerit neq3 facta releuet. Hic est casus in.l.ij.in ver.al
terius a ↄtio sensu.C.vbi in rem act.ꝛ ita Bar.quẽ oẽs sequũtur
ibi decidit in scda principali qõne.quẽ oĩno videte. ¶ Scdo vero
obiicitur doctrina Bar.in.§.si super rebus.ꝛ in aliis vulgaribus
6 locis cõcludẽtis in eũ in quem dolo alienatio facta est† prius agẽ
dum est reuocatoria q̃ executio sñie late ↄ dolo alienãtẽ fieri pos
sit. Ad qd quadrupliciter rñdetur. ¶ Primo qd termini Barto. nil
cõe habent cũ nostris qñ ibi loquũtur possidẽte ipso in quẽ fran
de alienatũ est:vt p3 ex his que idẽ Bar.dicit melius se in hoc de
clarãs q̃ alibi in.l.is cui.§.q in possessionem.ff.vt in pos.leg. Nos
aũt loquimur in eo casu quo in fraudẽ alienãs vere reperitur in
possessione nõie suo.l3 in fraudẽ ex clausula precarij nõie alieno
7 quo casu nõ est opus reuocatoria agi.qd p3:† qr reuocatoria daf
vt per creditores possessio reuoceƒ ab illis in quos in fraudem fa
cta fuit alienatio.vt est tex.insti.de actio.§.itẽ si in fraudem. Sed
hic in proposito casu ipsi nõ reperiuntur possidere:sed debitor in
fraudẽ alienãs.ergo nõ est loc⁹ reuocatorie. Scdo rñdef qd du
bitatio hec pro certo sublata est statutũ qd cũ pmittat reo cõuẽto
possessorio iudicio vt in casu pposito de prioritate ꝛ posteritate
iuris opponere ↄsequẽs est vt ipsi agẽti permittatur ea doli atq3
8 fraudis replicatione vti:que de nostro pposito sit p quã ius ipsi⁹
agẽtis prius atq3 potius ostendaf. Hoc aũt fundaf ex duplici re
gula† Prima qr cõstitutio priuilegiãs vnum ex correlatiuis:qua
lis est persona rei intelligif idẽ priuilegians vnum ex correlatiuo
alteri:qd est persona agentis vt p3.C.de except.l.i.li.xi.ff.de accep.
l.vlt.C.de iudic.vidui.l.lege.extra de consti.c.trãslato.ꝛ plene per
9 do. Bal.in rub.C.de re.cre. †Scda qr beneficiu3 specialiter reo cõ
cessum ad personã actoris extendif.ꝛ econtra vt ex casus.C.de tẽ
po.in inte.resti.pestẽdc.de mutu.peti.c.prudentiã.bene facit regu
la capitali de iudiciis.de reg.iur.lib.vi.ꝛ in.c.cũ inter.extra de ex
cep. ¶ Tertio rñdetur qd nõ est aliqd dubiũ in mundo qd si
tu reus cõuentus per modũ exceptionis deductis actum aliquẽ
qui in se fraudulẽtus sit atq3 dolosus permissum est mihi per viã
replicationis de dolo atq3 fraude disceptare. Casus.ff.de dolo.l.
cũ a te.C.de transact.l.sub pretextu.ꝛ.l.sine apud acta.ꝛ.l.nam et
postea.§.sed si quis in fraudẽ.ff.de iniu.rem.vbi de hac questione spẽ
10 cialiter est casus ¶ †Ultimo rñdef ꝛ attendite:qr hoc est verũ sic
cut euangeliũ Bar.in locis preallegatis vult.ꝛ ideo cõtra eum quẽ fa
cta est in fraudẽ alienatio nõ possit peti sententie executio.sed op⁹
est per prius agi reuocatoria:qr ipse opponeret de alienatione exe
cutionem petens replicaret de dolo ꝛ fraude que quidem cum al
tiorẽ indaginẽ requirat ↄsequẽs est vt in executione opponi non
possit per plene no.ff.de re iud.l.iiij.§.cõdẽnatũ.nostri autẽ termi
ni penitus sunt diuersi qr sumus in causa preceptorũ de disgõbrã
do in qua de prioritate ꝛ posterioritate iuris licitum est disceptari
etiã si opposita exceptio aut replicatio altiorẽ requirat indagi
nem.vt ex se p3 ꝛ quotidie practicam⁹. Et hoc rogo ponderetis
qr tollit totũ. ¶ Tertio obiicitur nostrã sñiam esse nullã ex quo
est omissum relatione iudicij nomẽ apponi. Ad qd vnico verbo
rñdetur qd cũ hec sit leuis solẽnitas qr pur qd sit pars citata
non refert a quo nũcio sit citata.per plene no.in.l.cũ seruus.ff.de
ver.ob.igif est cõsequens vt huius leuis solẽnitatis omissio actũ
nõ viciet.tex.est.ff.de ven.inspi.l.i.ad si.ff.de cõdi.ꝛ demon.l.q̃ftuf.
Et no.doc.ponentes questionẽ de omittente signum crucis in cõ
fectionem inuentarij in.l.fi.C.de iure deli.ꝛ in procmio.C. Et hec
sufficiant pro vera ꝛ indubitata iustitia presentis cause.

Consilium.ccxlvij.

1 ¶ Fideicõmisso subiecta sunt etiam bona que fuerunt publica
ta ꝛ restituta ante publicationem fideicommissi.
2 Fiscus non capit legata conditionalia nec fideicommissa.
3 In generali fideicommisso non veniunt bona ad heredem perue
nientia iure alio quam hereditario.
4 Restitutio est in pristinum statum repositio.
5 Qualitas procedẽdi facit presumi qua ex potestate quis procede
re voluit. Item qualitas instrumẽti facit presumi quo animo q̃s
vulnus intulerit:ꝛ similia.
6 Protestatio volũtatis declaratiua nullum habet effectu3 in his
que ex voluntate nostra non dependent.

¶ In christi nomine Amen.

Primo dici põt Chiricum predictũ domũ fidei
cõmissi testamẽto paterno facti aggrere
1 nõ potuisse. †Cũ enim illud fuerit in diẽ incertũ ac cõ
ditionale.vt est ex se clarũ.cõsequens est vt stãte publi
catione oĩm bonoꝝ dicti Chirici ipsu3 quoq3 ↄditionale fideicõ
missu3 in fiscũ trãslatũ fuerit adeo vt adueniẽte die s.morte Nicõ
lai ac impleta cõditione tacite vf subintellecta.s.qr decessit Nico
laus ipse sine filiis ipsi fisco ius cõpetat dictã domũ recipiendi ra
tione fideicõmissi nõ aũt Chirico.ꝛ hoc per tex.ff.de pact.dota.
l.inter soccrum.§.vlt.vbi est expressum ex generali confiscatione
conditionalia iura in fiscum trasferri. Sed ad hoc respondetur

fllum lex.l.loqui in iure cõditionali ex cõtractu descedẽte.nũc enĩ
queadmodũ in verũ heredẽ ius cõditionale cõtractus transfert.
vt insti.de ver.obli.l.si decẽ.§.ex cõditionali.ff.de ver.obli.cũ perie
ro cum ibi no.ita ꝛ trãsfertur in fiscũ qui loco heredis est. Nos au
tem loquimur in iure fideicõmissi cõditionali descẽdẽtis in vlti
ma volũtate.quo quidẽ casu sicut cõditionale legatũ aut fideicõ
missum in heredẽ legatarij fideicõmissarij nõ trãsfert.vt.C.de ca
du.tol.l.vnica.§.finaũt.ff.de cõdi.ꝛ demõ.ꝛ.l.j.ff.qñ dies leg.ce.l.si
cũ heres.ff.de mino.l.in cause.§.põponius.cũ si.ita nõ trãsfertur
in fiscũ qui loco heredis est. In eo enĩ tñ succedit fiscus ex bonoꝝ
publicatiõe ex quo succedat extraneos heredes ex vniuersali suc
2 cessione vt no.glo.C.de bo.lib.l.j.† Huius aũt fnie scꝫ in fiscũ non
trãsire cõditionale legatũ aut fideicõmissum est glo.or.ff.de cõdi.
ꝛ demõ.l.nõ ad eã quã Bald.in l.iŋ.C.ad.l.fal.ꝛ.l.quoties.§. fi.ff.
de bona.dicẽs nõ esse alibi approbat per.l.si mãdanero.§.is cui⁹
bona.ff.mãda. Et ego eãdẽ sequor sublato cõtrario.o.l.inter soce
3 rũ.§.fi.qđ huiusqꝫ ab alio motũ nõ vidi.¶ † Scđo dici posset nec
possibile fore dictã domũ p dictũ Chiricũ iure fideicõmissi perci
pi posse cũ in generali fideicõmisso nõ veniũt bona ad heredẽ per
uenientia iure alio quã hereditario.vt in.l.coheredi.§.cum filio.ff.
de vul.ꝛ pup.ergo sequit̃ ꝙ nec hec de quibus in pposito veniẽt
cũ illa Nicolaus vt ex hereditate percepta iã nõ possideret.sed vt
4 p fiscũ in eũ iure restitutionis trãslatã.† Sed ad hec rñdet̃ qđ cuꝫ
restõ in pristinũ statũ sit repositio.vt in.l.qđ si minor.§. restitutio
ff.de mino.igit̃ est ꝯñs vt dictus Nicolaus ad publicatã suoꝝ bo
noꝝ portionẽ restitutus his post restõnẽ oneribus restringat̃ qui
bus ꝛ ante publicationẽ astrict⁹ erat. Hic est casus rotũdus.C.de
sent.pass.l.si debitor.ergo vt per patus astrictus erat fideicõmissi
onere si eũ precedere cõtingat ita ꝛ nũc astrictus cẽseat̃ cũ post re
stitutionẽ pcedit.¶ Infert̃ igit̃ ex premissis clarissima ꝯclusio ꝙ
dictus Chiricus ad dictã domũ duplici iure venire potuit. Pri
mo q.ẽ iure fideicõmissi paterni. Scđo vero tanq̃ directo heres
dicti Nicolai. Est igit̃ vidẽdũ quo titulo seu iure ipse Chiric⁹ hãc
domũ apprehẽdisse p̃sumat̃.s.an vt heres directo: an vero vt fidei
cõmissarius. In quo qdẽ dicẽdũ est eũ vt directo heredẽ Nicolai
cẽseri recepisse.ea prima ratione.q: cũ quis rẽ vt heres ex directa
institutione licito iure apprehẽdere potest: item ꝛ eandẽ iure alio
illicite.tũ cẽset̃ velle vt heres.ꝛ sic licite possidere. Hic est casus ro
tundus sm verũ intellectũ.ff.de acqui.here.l.duo fratres.in versi.
vltimo.sed si dictus Chiricus dicere vellet se domũ percepisse iu
re fideicõmissi illã illicite possideret cũ ppria autoritate tũc sibi li
citum nõ fuisset apprehẽdere queadmodũ apprehẽdit nisi in casi
bus spãlibus no.in.l.sancimus.C.ad treb. Igit̃ est ꝯñs vt eam ap
prehẽdisse cẽseãt tanq̃ heres Nicolai directo.ꝛ sic licite. ¶ Scđo
ad hoc recte inducit̃ d tgãs decisio disputatiõis Bart.incipiẽtis
debitor in diẽ cõcludẽtis debitorẽ in diem a suo creditore vniuer
saliter heredẽ institutuꝫ censeri in dubio hereditatis admisse qñ
aduenientẽ diẽ nõ soluit non ex alia ratione nisi q: si hoc nõ presu
meremus cẽseret̃ debitor ipse aduenientẽ die non soluẽs in moram
ꝛ ꝯñr delictũ aut illicitũ incidisse cõtra.l.merito.cũ si. Sic igitur
in pposito cẽsendũ est hũc ppria autoritate domũ apprehendẽtẽ
vt directo heredẽ Nicolai apprehẽdisse ne si contrariũ censeamus
inferat̃ ad illicitũ.qđ quidẽ supra declaratũ est.¶ Tertio arguit̃
sic.is actus qui nõ põt geri citra ius ꝛ nomẽ directi heredis quẽ
heredẽ directo cõstituit.ff.de acqui.here.l.pro herede. in princi.§.
papinianus.ꝛ si pupillus.alias iulianus.§.si seruũ cum si.sed hic
actus.s.apprehẽdendi rem hereditariã autoritate ppria non põt
fieri citra ius ꝛ nomẽ heredis directi.vt pꝫ.ff.de acquir.pos.l.cum
heredes.in prin.igitur hec apprehẽsio hunc dictum heredẽ facit.
5 ¶ † Vltimo arguit̃ sic.qualitas pcedẽdi facit p̃sumi qua ex parte
te quis pcessisse voluerit.s.an vt arbitri.an vt arbitratoris an ve
ro vt iudicis.vt no.in simili glo.or.ff.de iudi.l.j.C.de epis. audiẽ.l.
episcopale. Itẽ qualitas instrumẽti facti presumi quo aio qs vul
nus intulerit.s.an occidendi vel nõ occidendi.vt est casus de ho.
significasti.ad fi.ff.de sica.l.j.§.sed sidana. Itẽ qualitas proiiciẽn
di facit presumi quõ aio qs proiecerit.s.an pro derelicto. an vero
vt no.glo.or.ff.de fal.l.falsus.§.si iactum.ꝛ insti.de re.diui.§. vlti.
fra igitur p predicta similia est cõsequens vt qualitas apprehẽdẽ
di rem hereditariam faciat presumi quo iure quis apprehendisse
censeat̃.an fideicõmissi.an vero directe institutionis sed qualitas
ppria autoritate rem apprehẽdendi cadit tñ in heredẽ directum
non aũt in fideicõmissariũ qui alterius manu nõ aũt propria au
toritate res fideicõmisso relictas assumere dꝫ vt supra dixi igitur
est cõsequens vt talis qualitas apprehẽdendi eũ directe heredem
nõ aũt fideicõmissariuꝫ cẽseri faciat. Nec premissis refragatur se
quẽs protestatio dicti Chirici per quaꝫ declarat se modo aliquo
6 adire nolle hereditateꝫ Nicolai fr̃is. Et hoc pp̃ter tria. ¶ † Pri
mo q: ꝓtestatio volũtatis declaratiua nullum habet effectum in
his que ex volũtate nostra nõ depẽdent sed sunt decisa per legem
vt no.glo.C.de ne.gest.l.alimenta. Sed lege decisum est ꝙ re here
ditaria vtens propria autoritate hereditatẽ in dubio cẽsetur adi
uisse.vt.l.j.C.de repu.here.ꝛ.d.l.pro here.cum si.¶ Secundo quia
protestatio hec precedere debuit apprehẽsionẽ sequẽs aũt eãdẽ vt
hic fuit: nihil relenat.ff.pro emptore.l.alienã.ff.de reli.l.ac si quis.
§.plerĩq̃.ꝛ ꝙ no.glo.ff.de cõcu.l.in ꝯcubinatu.¶ Tertio ad ideꝫ
recte adducunt̃ ea que no.Bar.ff.de acqui.here.l.qui in aliena. §.
vlt.ꝛ.d.§.papinianus.¶ Et ex his igitur omnibus superioris cõ
sultoris conclusionem confirmo.

Consilium.ccxlviij.

1 ¶ Iudex ante motum iudicium potest de veritate criminis: vel
de fama: sine iudiciario ordine: ꝛ sine testib⁹ rite receptis: se infor
mare.limitatur hoc nu.2.ꝛ.3.

¶ In christi nomine amen.

HEc snia duplici respectu nulla est. ¶ Primo rõ
ne citatiõis omisse que fieri debuit de
condẽnato.ff.que sen.sine ap.l.j.§.item cũ ex edicto.ꝛ.c.
ecclesia.extra de cõsti.¶ Scđo ratione iudiciarij ordi
nis omissi.C.de sen.l.prolatam. Nec refragantur verba statuti di
centia ꝙ possit iudex prout voluerit etiam de facto se informare.
1 ¶ † Primo q: cõstitutio hec non aliud disponit q̃ ius commune
decidẽs ꝙ ante motũ iudicium potest iudex de veritate criminis
vel de fama sine iudiciario ordine ꝛ sine testibus rite receptis se
informare vt eleganter not. Inno.extra de spon.c.cum in tua.ꝛ re
fert do. Bal.ff.de testa.l.qui testã.§.qui contrariã.ꝛ.l. admonẽdi.
2 ff.de iureiur.¶ † Scđo q: possumus dicere ꝙ per illa verba consti
tutio tñ tollit solennitatem ordinis iudiciarij in procedendo nõ
aũt in sententiando. Et clarum tunc est qđ statutum dispensans
tñ super modo procedendi non censetur auferre ea que iure sta
tuta sunt in modum sententiandi sm qđ cõsuluit Bar.suo consi
3 lio incipiente. Dubia oriẽtia ex questione Martini ꝛc. ¶ † Ter
tio dicitur quod verba illa de facto ꝛc.illud solum operãtur.s.vt
possit procedi absq̃ solennitate iuris ciuilis non autem omitte
re eam que inducta est a iure naturali.ꝛ consequenter absq̃ cita
tione ad snĩam que a iure diuino naturali ortum habuit vt pro
batur de re iudi.c.de pastoralis.ꝛ notauit Bar.in gl.suis in extra
uagan.ad reprimẽ.quod aũt hec sit vera significatio huius verbi
de facto firmauit Bar.in dicta extraua.in glo.super ver.videbat̃
Et clarius Lapus in suis allegatio.alleg.cxxix.

Consilium.ccxlix.

1 ¶ Interrogari quis non potest an sit heres: nisi aduersus eum
actio instieui possit.
2 Interrogatio per iudicem admittenda nõ est quẽ admissa inter
rogantem non relenat.
3 Appellatione pendẽte nil innouari debet: cõsequenter nec nouũ
iudicium deduci super eo super quo appellatio pendet.
4 Iudicium vbi ceptum est illic finem accipere debet.
5 Eiusdẽ cause cõtinentia in diuersa tribunalia deduci nõ potest.

¶ In christi nomine amen.

IN casu proposito breuiter concludendũ. Vin
centiũ de quo queritur cog: non posse
ad respõdendum interrogationi sibi facte an sit heres.
1 ¶ † Primo q: tunc talis interrogatio ad admittẽda cuꝫ
aduersus interrogatum vt heredem actio instieui potest.ff.de in
terro.act.l.j.in prin. Sed aduersus dictũ Vincentium vt heredeꝫ
respectu dicte quantitatis actio non potest institui vt infra doce
bitur.ergo ꝛc.¶ Scđo q: eo casu iudex ad admittendam interro
gationem se facilẽ reddit quo equitas adest ex parte interrogan
tis.ff.de interro.act.l.vbicunq̃. Sed ex parte interrogantis in ca
su pposito nullo modo adest equitas sed iniquitas vt infra ostẽ
2 detur.ergo ꝛc.¶ † Tertio q: non est illa interrogatio per iudicẽ
admittenda que admissa interrogantem non relenat.extra de of
fi.dele.c.cum contingat.extra de simo.in.c.per tuas.C. de proba.l.
expressum quod in quocũqz casu filia etiam minor annis & sub patria
ptãte ad dotẽ agere põt patris non accedente consensu. vt l.c.si.de
iudi.

iudi.lib.vi.dum loquitur de annexis specialibus prout est dos annexa matrimonio qd est quid speciale. et idem plene not. in aut. qd locum sz de col. x in. l. ij. post prin. ff. solu. matri. postremo. et lz fidei alicuius ex istis testibus ratione affinitatis detrahatur: nihilominus ea suspitio purgatur per alium ex testibus deponentem et non affinez. igitur resultat plene probatio. Ad hoc tex. notabilis in. l. si quis ex argentariis post prin. ff. de eden. et hec in proposita consultatione sufficiant.

Consilium. cccclxxxvii.

1 Pena delicti proprium debet tenere autorem: nec conueniens est vnum pro alterius delicto astrictum esse. et nu. 2.
3 Sententia principis absque citatione est nulla.

Omnipotentis dei postulato suffragio.

In casu presenti inter Christophorum Petri et Boldrannum et Perusinellum visis actis curie potestatis castri. Breuiter dicendum sententiam eius potestatis quia assignauit Boldranno et Perusinello res dicti Christophori iniquam fore et etiam nullam. eius autez iniquitas manifestatur: eo quia dicta assignatio animalium christophori facta fuit predictis propter quandam rapinam commissam aduersus eos per homines Urbetelli. Hoc autem iniquissimum est
1 †cum pena delicti propium debeat tenere autorem nec conueniens sit vnum pro alterius delicto astrictum fore. C. de penis. l. sancimus
2 eo. ti. l. crimen. †Est etiam expressum non iniquum etiam eiusdem terre aut contra tenendum diuerse pro alterius delicto exigi posse. vt in aut. vt nulli iudicum. in. §. quoniam vero. et in aut. et ideo. C. ne vxor pro marito. Unde non dz aliquis alterius odio pregrauari nec debet alteri per alterum iniqua fieri conditio vt in. c. non debet. de re. iur. in. vi. et l. non debet. ff. eo. ti. et hoc nisi precesserint represalie legitime solennitate seruata de quibus in. c. et si pignorationes. de iniuriis. lib. vi. et per Bar. in tractatu suo super hoc speciali. et Bal. in dicta
3 aut. et ideo. que tamen in proposito casu minime facta sunt. †Nullitas autem eiusdem sententie quo ad dictum Christophorum ea ratione euidentissime demonstratur: quia in preiudicium eius lata non citati ad causam nec sententiam. defectus cui citationis inducit sui nullitatem. vt. l. i. §. idem cum ex dicto. ff. que sen. sine appel. rescindan. Quod est verum etiam in sula principis. vt in cle. pastoralis. de re iu. et in. c. i. de ca. pos. et propie. et l. fi. C. de legi. vbicunque enim qs leditur vt in proposito casu in eis citatio requiritur. ff. de reg. iu. l. de vnoquoque. ff. de adop. l. nam ita diuus. Et hec sufficiant in proposito casu.

Consilium. cccclxxxviii.

1 Sequestratio pecunie ex iniqua causa facta est rescindenda.
2 Identitas sanguinis non constituit identitatem obligationis.
3 Actio personalis fundum non sequitur seu eius singularem successorem.

Omnipotentis dei postulato suffragio.

1 Hec sequestratio †pretii domus vendite noie domine Nerie per eius maritum ad postulationem ser Betti sine alterius suo noie minime fieri potuit. Considerandum enim qd hic ser Bettus sequestrari obtinuit pecuniam debitam dne Nerie ex dicta venditione. eo quia dicit se creditorem factis ipsius Nerie ob quandam tunicam p eum ipsi Hermano venditam atque i dotem ab eodem Hermano datam ipsi Nerie. Ad quam quidem dotem facultates non haberent. ff. de admi. tu. l. cum plures in fi. C. eo. ti. l. non omnium. Cum ergo hoc debitum
2 in quo se fundat ser Bettus attigat solum fratrem ipsius nerie. †Igitur ipsa et quantum nec eius heres ob illud astringi pot. sola enim identitas sanguinis non constituit identitatem obligationis. vt. C. ne filius p patre. in rubro et nigro p totum. ceterum et posito qd in dotem eiusdem sororis conuersa fuit ipsa tunica propter cuius pretium non solutum sic sequestrario pecunie debite ipsi Nerie. nihilominus nec ronis est vt personalis actio ex vendito competens contra emptorem dirigatur aduersus singularem
3 successorem rei vendite qualis est hec Neria. †quia scribitur qd personalis actio fundum non sequitur seu eius singularem successorem. ff. ad treb. l. i. §. si heres. C. de dona. l. eris alieni. C. de here. vel actio. l. fi. cum si. Ex his concluditur ipsam pecunie sequestrationez vt ex iniqua causa factam rescindendam fore.

Consilium. cccclxxxix.

1 Iudei commercia habere possunt cum Christianis in his que non sunt prohibita. Et an iudei teneantur ad decimas.
2 Iudeos rebus in propriis nullo modo molestare debemus.
3 Iudeus an prescribere possit rem Christiani et an rem ecclesie.

Omnipotentis dei postulato suffragio.

Hec domina Petra Dactalo hebreo iure licito vendere potuerit vineam hanc cum suis pertinentiis hoc quidem manifestatur.
1 †Primo quia solum xpiani mancipii commercium iudeo censetur fore prohibitum: ergo non alterius rei que ipsius christiani mancipii fuerit. de iudeis. c. i. et ii. et c. fin. C. ne iudeis xpiani mancipium. in rubro et nigro. Secundo qd tex. in. c. de terris. extra de clericis. dicit igitur iudeos ad decimas prediales ecclesie teneri: quia si secus diceretur posset ecclesia suo iure decimationum frandari qd non aliter contingeret nisi quia xpiani ab onere decime exonerentur iudeis predia venderent ipsis facilius ementibus tanquam ab onere decime se scientes exemptos. Et sic patet commercium emptionis et venditionis xpiano non iudeo esse commune. Aliter enim illius tex. ratio non procederet: quia si contractus xpiani cum iudeo irritus foret apud xpianum dominium predii remaneret: et sic ad ipsum onus decime pertineret. Tertio quia videmus aliquibus in casibus xpianis cum iudeis commercia negotiandique vsum fore prohibitum. vt patet de vsur. c. post miserabilem. de iudeis. et c. postulasti. Ergo sequitur qd regulariter sunt permissa commercia contrahendi inter eosdem. alias enim frustra emanasset prohibitio in illis casibus specialibus: de quibus. Quarto
2 videmus text. in. c. sicut. et. c. ii. de iudeis. et eo. ti. c. iudei. dicentem †iudeos rebus in propriis nullo modo molestare debemus. ad idez. C. de iudeis. l. iudeos. nec considerat tex. an a xpianis illa perceperint an vero a iudeis vnde nos considerare debemus de decimis. c.
3 ad audientiam. ff. de publi. l. de prio. cum si. †Ultimo glo. habemus singulariter dicentem iudeum prescribere posse rem xpiani: lz non rem ecclesie. xvi. q. iii. in. c. porro. ergo necesse est qd aliquo iusto titulo ipse prescribere volens a xpiano quesiuerit. alias enim prescriptio non procederet tanquam sine iusto titulo nec refragatur qd dz ipsam dnam Petram rem hanc vendidisse dactalo ad contrahendum metu mariti inducta. quia metus iste non presumitur nisi probetur. maxime ex quo ex instrumenti serie manifestatur in ipso venditionis contractu interuenisse presentiam que quidem in contrahente omnem suspitionem illati metus et doli excludit. C. de transa. l. transactionem. vbi est expressum.

Consilium. ccccxc.

1 Testium verba latissima quandoque ciuiliter intelligi atque ad moderationem reduci debent ne in falsum incidant. et nu. 4.
2 Testis si dixerit non preteriit dies quo tale quid factum est: licet probetur quod aliquibus diebus id actum non est: nihilominus in falsum non incidit.
3 Testis dicens tale quid assidue continue quotidie: seu semp factum esse quamuis probetur id aliquo paruo momento factum non esse propterea non incidit in falsum. Similes casus habes nu. 5. 6. 7. 8. 10. 11.
9 Termini referentis natura que sit.
12 Testium depositio secundum populi intelligentiam non autem iurisperitorum subtilitatem est intelligenda. et nu. 14.
13 Qualitas loquentis intelligentiam verbis causat.
14 Subtilitas nimia plerunque perniciose errorem inducit.

Omnipotentis dei postulato suffragio.

In proposita consultatione videtur prima fronte dicendum esse dictos te-
1 stes in crimen falsi non incidisse. †Considerandum enim primo ipsorum testium verba latissima quandoque ciuiliter intelligi atque ad moderationem reduci: ne in falsum incidant vbi si iuxta verborum corticem intelligerentur impossibilis foret euitatio falsitatis. Hoc quidem primo probatur ex tex. cum gloss. in. c. tenere. xxxi.
2 dist. et in. c. proposuisti. lxxxii. di. vbi pz †quod et si testis dixerit non preteriit dies quo tale quid factum non fuerit: lz probetur qd aliquibus diebus id actum non est nihilominus in falsum non inducitur: quia ad ciuilitatem dicta verba reducuntur. Secundo probatur ex tex. cum glo. in. c. si quis vult. xxxii. di. vbi patet qd et si testis dixerit tale quid indesinenter factum esse quamuis probetur aliquo paruo tempore illud factum non fuisse: nihilominus in falsum non incidit. Tertio probatur ex tex. in c. significatum. de preben. in. c. de quibusdam. xxxvii. di. cum gl. et ex text. cum glo. de conse. di. v. sint tibi. et in. c. si laicus. et c. sacerdotibus. xxxi. di. et l. si quis ita. ff. de condi. et demo. ex eo qd no. gl. in aut. vt determinatus sit numerus clericorum. sup verbo semper. ex eo quod no. Bart. in. l. i. ff. sol. ma. in. l. i. in. §. item fluminum. ff. de flumi. et in. l. celsus. ff. de vsuc. et in penulti codicis. et qd no. in. l. seruitutes. la vltima. ff. de serui. et in. l. i. §. quotidiana. ff. de aqua quoti. et esti. Et qd
3 plene no. do. Ant. in proemio decretalium. in quibus patet †testem dicentem tale quid assidue continue quotidie seu semper factum esse in falsum non incidere quamuis probetur aliquo paruo momento tem-
4 poris id factum non esse. †Sunt enim verba testis ne in falsum incidat ciuiliter intelligenda. argumento. ff. de serui. l. si cui. non autem rigorose seu iudaice: vt no. glo. ff. de dam. infec. l. dampni. la grande. in. §. si is cui vicinas. que incipit. quidem iudaice et c. haberi enim dz humanitatis ro. ff. ex qui. cau. maio. l. si cui sibi habet non humanitatis et c. Secundo principaliter considerandum aliqua verba ad improprium sensum deduci vt testes a falso soluantur. hoc quidez probatur. Primo ex eo qd no. Bar. in. l. i. C. de vsufru. in. l. sed et si possessori. §. idem si iurauero testem in falsum non incidere dicentem vsumfructum relictum esse eius rei que vsu consumptibilis est quamuis enim secundum propriam significationem falsum dixerit: quia rei consumptibilis non est vsus-
5 fructus tamen saluatur secundum propriam et largam verbi significationem. †Secundo probatur ex eo qd no. Bal. in. l. i. in prin. ff. de no. ope. nun. dicens testes qui existentes in palatio potestatis deponentes de actu facto in palatio episcopi. Cum interrogaretur in quo loco actus ille celebratus extitit. Respondit in hoc palatio non incidere in falsitatem: eo quia quamuis secundum propriam significationem pronomen demonstratiuum sit ad oculum corporis. vt illud. l. nemo. ff. de here. insti. et l. si stipulatus fuero hanc summam. ff. de ver. obl. tamen in casu proposito est demonstratiuum ad

oculū intellectus qui censet se referre ad palatium epi. Triplex est
6 enim oculus. vt no. glo. ordi. c. quorūdam. de elec. lib. vi. ¶ † Tertio
probat ex tex. sing. in. c. periculose. de pe. di. j. vbi patet testem depo-
nentē tertia die Junij occisum fuisse eū qui in veritate occisus fue
rit in. viij. eiusdē nō incidere in falsum si dicta tertia die mandatū
fuit eū occidi. quāuis eū ppter dicat occisus in octaua: tū inspecta
voluntate mādantis declarat die tertia eadē occisus fuisse dicitur
7 ¶ † Quarto pbat ex eo qd̄ eleganter determinat. d. Bal. in. l. diuor
tio. in prin. ff. so. ma. vbi ex tex. in ver. neqꝫ iuncta gl. dicente ex larga
significatione id fieri tempore vindemie qd̄ factum fuit parum an
te vindemiā. dicit testē dicentē id factum tempore guerre qd̄ factuꝫ
fuit parum ante ⁊ in ipsius guerre trepidationē nō incidere in fal
sum: qr̄ ex larga ⁊ impropria significatione qd̄ factum fuit paruꝫ
ante guerrā atqꝫ in ipsius trepidatione tpe guerre factū fuisse dici
pōt. pro quo allego tex. valde notabilem in. l. pedius in prin. ff. de l
ceu. rui. ⁊ nau. ibi positu. ibi dum dicit. posse etiaꝫ dici ex naufragio
rapere eū qui cū nōdum naufragiū fieret in naufragij trepidatiōe
8 rapit ⁊c. ¶ † Quinto probatur ex eo qd̄ notat Bar. in. l. si finita. §.
si ante. ff. de dam. infec. vbi per illum tex. dicit testē deponentem eos
qui in eodē tpe heredes instituti fuerāt in disparibus portionibus
fuisse institutos equaliter in falsum nō incidere: qr̄ dictio illa equa
liter ex larga sua significatione refert ad paritatē portionū. vt. l. in
terdū in prin. ff. de he. insti. accedāt etiā ad hoc que no. Specu. in ti.
de noto. crie. §. fama. ver. qd̄ si testis. ⁊ do. bal. in. d. l. data. C. q accu.
non pos. ⁊ in. l. si defensor. §. j. ff. de interroga. actio. accedat etiaꝫ qd̄
plene no. de test. in. c. cum tu. ⁊ qd̄ not. Bart. in. l. ij. §. creditum. ff. si
cer. peta. in. l. inter stipulantem. §. j. ff. de ob. in. l. insulam. §. fructus
ff. so. ma. ⁊ in. l. gallus. §. ille casus. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊. d. Bald. in. l.
constitutione codicis in. §. quibus. Innoc. in. c. cum contingat. de
offi. dele. Jo. an. in addi. in ti. de teste. §. iam de interrogatorijs. ver.
quid si vnus. in qbus oībus habentur testes ⁊ si aduersi videant tū
9 ad cōcordiā reduci debēt cū pōt fieri ne in falsuꝫ incidāt. ¶ † Ulti
mo videt ista questio decisa in terminis p Bar. in. l. iulianus quoqꝫ
in prin. ff. de here. insti. dicēs formalr qr̄ eius natura termini se refe
rētis illa sit vt relationē facere intelligat in specie nō simplr tm̄. vt
est casus in. d. l. iulianus. tū vbi si relatio in specie fieret testis in fal-
sum incideret tūc vt testis saluet tolerat vt relatio intelligat facta
simpliciter nō in specie quo ad omnia allega. l. iij. C. de neg. gest. ⁊
10 l. dominium C. de inint. cum glo. finis. † Sic itaqꝫ in pposito cuꝫ te
stes examinati sup articulo dicēte qr̄ Joānes post mortē dn̄e Joan-
ne possedit per plures ⁊ plures annos. Respondet qr̄ possedit mo
dis ⁊ formis ⁊ tempore ⁊ temporibus in. c. aduocatis censet se retu
lisse ad tps in. c. contentum simplr non autē ad istud specie. ⁊ sic vi
deatur de possessione pro certa parte temporis non totaliter vt cri
men falsitatis euitent qd̄ incurrerent si intelligeremus relationem
factam fuisse in specie cum in veritate non possederit per quatuor
annos vt sonāt capl'm: sed p aliquos mēses. pdicta igit autoritate.
do. Bar. videt ista. q. determinata. Ceterum vt ipsi testes saluent
non est absurdum verba illa p plures annos impropriādo expoui
i. menses cuꝫ ⁊ reperiamus verbum anni pro septimana exceptum
vt no. in. c. proposuisti. lxxxij. di. sup verbo annos vite sue. ⁊ aliquā
do verbum die pro anno positum vt patet in. c. hoc ipm. xxxiij. q. ij.
¶ His tū nō refragantibus cōtrariuꝫ de iure verius arbitror. cōsi
dero nāqꝫ qd̄ verba illius articuli possedit p plures annos ⁊c. signi
ficāt possessionem tpis annorum quatuor perfectorum. qd̄ quidem
11 demonstratur. ¶ † Primo ex geminatiōe dictionis pluralis qd̄ si
gnificat numerum duorum duplicatum. vt no. Bar. ff. arbo. furtiꝫ
cesa. l. si geminantia arbo. Et ex dictione per q̄ duplicē habet signi
ficationē. Primo cōsummationis seu perfectiōis eius rei cui addi
cit. ff. de verbo. signi. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de adul. l. ij. §. perijsse.
¶ Secundo cause efficiētis. xxij. q. j. in. c. vt nouerittis. vbi est tex. no.
Cum igitur tes dicant dictum Joannem possedisse tpe ⁊ tempori
bus in articulo annotatis merito videtur deponere de annis qua
tuor ex ea notissima regula que habet qd̄ terminus referens intel-
ligatur in specie cōtinere omnia ea ad q̄ fit relatio. ff. de here. insti. l.
asse toto. ff. de cōdi. insti. l. institutio talis. ff. de condi. ⁊ demō. l. si ita
scripsero. ff. de re iudi. l. in summa. ⁊. l. ait pretor. §. si iudex. cuꝫ simi.
Hoc autem verū manifesto. Primo ex eo qd̄ notabiliter terminat
glo. in. l. stipulatio ista. §. hec quoqꝫ. ff. de verb. obli. in. l. j. C. de vsur.
⁊ clarius ⁊ notabilius Inno. in. c. cum clamor. ad si. extra de testi. ⁊
in. c. cum causam. eo. ti. Spec. in ti. de teste. §. nūc tractandum. versi.
hoc quoqꝫ notādū. qui oēs ar. c. ex literis. de spon. ⁊. l. semper in sti-
12 pulationibus. ff. de reg. iur. cum si. illā tradunt theoricam. s. qd̄ † te
stium depositio semper scdm populi intelligentiam nō autēꝫ iuris
peritorū subtilitatē est intelligenda. nō enim testes idonee deponē
tes prout sunt isti de quibus querit notitiā habēt subtilis interpre-
tationis verborū a iure doctis. igitur ad vulgarē intelligendi cōsue
tudinē eorū verborū referunt vt no. glo. or. ff. de testa. tute. l. qd̄ si ne
13 potes C. fami. ercis. l. quoties. ff. de origine iuris. l. ij. §. j. † qualitas
enim loquentis intelligentiam verbi causat. dicit tex. de ma. ⁊ obe.
in. c. solite. Modo qs dubitat quod si ad ar. dicenteꝫ talis per plu
res ⁊ plures annos possedit testis rn̄deat qd̄ possedit tēporibus in
articulo expressis cōis intelligentia responsionis illa erit vt in telli
gatur deposuisse de possessione annorum plurium: nō autē mēnsiuꝫ
certe nullus sani capitis aliter estimabit. ¶ Secundo demonstro
ex tex. notabi. in. l. j. C. vt actiones ab heredibus. ibi dum dicit. ne p
pter nimiā subtilitatē latitudo verborū impediat ⁊c. ex tex. notabi
li in. l. sicut. §. si debitori. ff. quibus modis pig. vel hypo. sol. ibi dum
dicit. he enim subtilitates a iudicibus nō admittuntur ⁊c. qui tex.
ius dicentem docent vt iuxta bonum ⁊ equū verbū apud se loquē
14 tium intelligat nō aūt eorūꝫ vim nimia subtilitate extinguat. † Ni-
mia enim subtilitas plerūqꝫ perniciose errorē adducit. ff. de verbo.
obli. l. si seruuꝫ. §. sequit. Et qd̄ plene not. extra de iudicijs. c. dilecti.
nullus aūt prudēs iudicabit quominus nimia subtilitas hec sit ⁊
ab intentione testis deponētis aliena dicere quod cū articulo nar
ranti possessionē annorū quatuor testis dicat verū esse qd̄ possedit
temporibus in articulo deductis ea verba intelligantur ad tēpus
articuli simpliciter. i. scdm quid: nō autē in specie. dꝫ igit iudex talē
interpretationem que sensum loquētis nō exponit: sed peruertit a
fugere. dicit tex. notabilis de accu. c. cum dilecti. ibi dum dicit. pert
15 mant sed exponantur ⁊c. ¶ † Tertio istud demonstrat tex. xxij. q. v.
vlti. in. c. quacūqꝫ arte. sic dicens. quacūqꝫ arte verborum qs iurat
ita qd̄ iurat accipitur sicut ille cui iurat intelligere debet. sed iudex
cui testes isti iurauerunt intelligere dꝫ ipsorum depositionem secū
dum cōem vulgi intelligentiam que est illa quam. s. dixi nō autem
s. perniciosam iuris subtilitatē igit ⁊c. Humane etenim aures ta
lia verba nostra iudicare debēt regulariter qualiter q̄lia foris sub
sunt. dicit text. xxij. q. v. in. c. humane aures. ff. de supelle. leg. l. habeo
ff. de leg. iij. in. l. non aliter. cum si. qd̄ maxime verum est vt falsitatis
crimen qd̄ in vero cōmissum est puniatur qd̄ publice interest. dicit
enim tex. notabiliter pro publica vtilitate cōtra subtilem disputā-
di rationeꝫ multa in iure ciuili recepta fore. ff. ad. l. aqui. l. ita vulne
ratus. §. ita aūt. nec rēfragat tex. i. d. l. iij. ⁊. d. l. dn̄m per quas se fun-
dat Bar. qr̄ ibi loquit in ver. l. que vt cum alia. l. ad cōcordiam re
ducantur extraneam interpretationem admittunt. de elec. cum ex
pediat. lib. vi. C. de inoffi. do. l. vnica. Ex quibus cōcluditur dictos
testes in crimine falsi incidisse.

Consilium. cccxcj.

1 Forensis quibus statutis ligentur.
2 Ignorātia statutorū nouelle ciuitatis id disponētiū qd̄ alijs in lo-
cis nō reperitur cōmuniter dispositum: licita ⁊ excusabilis est.
3 Differentia est an quid fiat nomine proprio an alieno: multa enim
licite fiunt alieno nomine que non proprio.
4 Solutio casus aut canonis facta per ius nō habētem nomine suo
potest ius habenti quo conseruationem emphiteosis aut fundi
censuarij: ⁊ consequenter pene euitationem.

¶ Omnipotentis dei postulato suffragio.

In casu proposite consultationis breuiter dicen-
dū qd̄ iste. A. in penā statuti nō incidit.
1 † Primo ex eo qr̄ forēsis est: ⁊ alibi q̄ in loco statuti con
tinuus est habitator. vn̄ succedit doctrina volens forēn-
ses alibi morā cōtinuo trahētes alienis constitutionibus nō ligari
de sen. excom. c. a nobis. ⁊ cōcludit gl. viij. di. in canone q̄ cōtra mo-
res. quā no. d. Bal. in. l. debitor. ff. de pig. Idem etiā Spec. in tit. de
consti. §. j. in ver. ⁊ sunt hec in arg. qd̄ est verū in casu nostro in quo
statutū disponit illud qd̄ non reperit gn̄aliter dispositū per alioꝝ
locorū statuta quo casu forēsis qui eo in loco morā magnā nō tra-
xit tanqꝫ pretēdens statuti eius iustā ignorātiam eodeꝫ nō ligatur
de cōstitu. c. vt aiarū. lib. vi. c. ti. c. cognoscentes. in antiquis. ff. de de-
cre. ab ordi. fac. l. si. lxxxij. di. proposuisti. ⁊. xvi. di. c. qd̄ dictis. conclu-
dit hoc etiā Bar. in. l. cunctos populos. C. de sum. trinita. Referēs
super hoc dicta Cy. ibi. ⁊ in. l. j. C. que sit lon. cōsue. Idem etiam tra-
dit post Bart. in. l. si. §. lꝫ quis. ff. de publi. habet etiam per canoni
stas post Innoc. in rubrica extra de consue. accedat etiam ad hoc
terminatio domini Bald. in repetitiōe. l. data. C. qui accu. nō pos.
2 dictis in nouella † licitā esse atqꝫ excusabilē ignorātiam statutorū
nouelle ciuitatis id disponentium. qd̄ alijs i locis nō reperitur cō
muniter dispositum. sicut ⁊ parcitur nouello militi si disciplinam
militarem ignorauit. dicit tex. no. in. l. qui cum vno. §. si. ⁊. l. qui cuꝫ
vitiatus. versi. si tironi. ff. de re mili. preterea aduertendum quod ⁊
statutum loquitur per verba. s. non possit quis petere rē nō descri
ptam in catastro cōmunis. ⁊ pro qua non soluit prestātias nec per
alium ⁊c. Et hic non loquitur in petente pro alio prout est hic pro-
curator. Unde cum in eo cessent verba consuetudinis: igitur cessat
eiusdem dispositio. ff. de dam. ifec. l. iiij. §. toties. ff. de aqua quoti. ⁊
esti. l. j. §. loquitur. ff. de acqui. here. l. si seruum quis. §. si non dixerit
3 ff. solu. ma. l. si non. §. de viro. cum si. † longa enim est differentia an
quid fiat noīe proprio: an vero alieno: qr̄ multa licite fiunt alieno
noīe que non proprio. vt patet. ff. de in ius vocā. l. quesitum. ff. de
inoffi. testa. l. aduersus. §. tutores. ⁊. l. filius non impeditur. ff. de his
qui. vt indi. l. tutores. ⁊. l. post legatum. §. aduocatum. ⁊ plene no. in
regula quod alicui. de regu. iur. lib. vi. Et quod not. in. l. an. §. quod
quis. ff. de administra. rerum ad ciuita. pertinen. dictus vero. C. cu-
ius nomine ipsa vinea petita est in penam similiter non incidit

considerandum

considerandū eni qd̄ dicta constitutio nō ad aliū finē vult nō pos-
sit per quē peti rem quā in libro suo nō descripsit. & de qua prestan-
tia nō soluit nisi vt hoc preterea quilibet indicatur ad res descri-
bēdas & onera pro eis soluēda. Unde si alius pro ea datiū soluerit
satisfactū est menti statuti. sic ff. cū eni solui. nec cura est a quo solua
tur ad hoc. ff. de ver. obli. l. cū seruus. cum si. Unde dico qd̄ solutio
datij pro dicta re facta per prefatam mulierem vel etiā per Marti
num si ipse soluit prodest dicto. C. ad pene euitationē & cōseruatio
nē facultatis agendi ad dictā rem. aut eni istorū alter soluit vt nego
tiorū gestor noie dicti. C. Et tūc dicendū solutionē sibi pdesse. ff. de
neg. gest. l. solvēdo. & l. que vtiliter. ad fi. de pigno. l. lex vectigali. cū
si. Quādo eni tractatur de cōseruatione iuris realis vt est hec facul
tas agendi semp factū negotiorū gestore mihi prodest ad conserua-
tionē & retētionē. ff. quēad. serui. amit. l. vsu. cum se. ff. de vsufru. l. ar-
boribus. §. quid tū. aut solutū est per alterū istorū noie proprio & vi
neam hāc iniuste possidentē. & tūc an hec datij solutio ipsi. C. pro-
sit ad quē in veritate spectabat dicta res. Dubitatio est. videtur eni
prima fronte dicendum qd̄ ex quo alter noie suo soluens quo ad se
soluit indebitū. igitur hec indebiti solutio per eum noie suo facta
ipsi. C. soluere debēti non proficiet. ff. de cōdi. inde. l. si pene. in. §. i. &
qd̄ no. in. d. l. vtiliter. §. fi. Cōtrariū tū est verū: qz vbi tractat de con
seruatione iuris realis put est facultas agendi & pene euitāde non
refert quō soluaeur aut a quo aut cui noie oīmodo solutū sit vt
d. l. arboribus. §. qd tū. Et rectius pbatur. ff. quēadmo. serui. amit.
4 l. qui fundum. ¶ † Scdo pro hoc est quasi sin. decisio in. l. forma. §. si
cū ego. ff. de censi. dare determināś in simili qd̄ solutio census aut
canonis facta per ius nō habētem noie suo prodest ius habēti quo
ad conseruationē emphiteosis aut fundi censuarij & pūr pene eui-
tationem. ¶ Tertio hec in terminis est decisio an. de pisis. Gul. de
cu. & Bald. eos referentis in. d. l. arborib. §. quid i fi. & in. l. solenni-
bus. C. de rei ven. l. etiam. Specu. idem tenet in titulo de locato. §.
nunc aliqua. ver. lxxij. Ex his ergo cōcluditur nullum istorum in
penam constitutionis incidisse.

Consilium. cccclxij.

1 ¶ Electione prima inualida existente quando secunda fieri pos-
sit. & nu. 2. 3. & 4.

¶ Omnipotentis dei postulato suffragio.

In casu proposite consultationis breuiter dicen-
dū estimo ad dictū Nicolaum pertinere
1 potestariā pistoriensem. † Considerandū eni qd̄ quāuis
extractus fuerit ad officiū cōseruatorū qd̄ qdē est ipsius
ciuitatis florētie intrinsecū. & propter qd̄ ad ipm extractus vacatio
nem hz ab officijs eiusdē ciuitatis extrinsecis vt florētina constitu
tione cauet. tū ipsa extractio seu electio ad dictum cōseruatorū offi
ciū nulla est notorie ipso iure. neqz sortit effectū eo tpe ipsius extra
ctionis seu vt ita dicerim electiōis idē Nicolaus erat cōmissarius
Castilionis piscarie qd̄ qdē est officiū ciuitatis extrinsecū tribuēs
ex forma municipalis cōstōnis defectum seu vacationē ab officijs
ipsius ciuitatis intrinsecis vt est dictū officiū cōseruatorū. ne re igi
tur succedit iuris dispositio volens qd̄ cum electio prima nulla est
notorio ipso iure put fuit hec Nicolai cū extractus eu ad cōserua
torū officiū vt ex pdictis patet procedi pōt statim ad electionē vel
vt vulgo loquar extractionē scdam & cēsetur valida prima non ob
stante. ita patet de iure patro. c. illud. de ap. c. constitutus. in glo. fi.
de elec. c. cōgregata. Et qd̄ plene no. co. ti. c. auditis. & c. considerant
mus. de excessibus prela. c. inter dilectos. §. preterea. de concessione
preben. c. post electionē. de ele. c. cū terra. & sic pūr valida fuit ea ele-
ctio seu extractio facta de Nicolao ad potestariā pistoriensem nō
obstante prima facta ad seruatorum officium notorie nulla pro-
2 pter cōstitutionē sā deductā. † Ista eadē cōclusio pbat scdo ex. l. ij.
ff. de opti. leg. & c. si electio. de ele. lib. vi. in quibus est expressum ha-
bentē electionē iure pprio atqz ordinario vt in pposito casu hz cō-
munitas florētina si primā electionem irritā fecerit absqz vitio suo
ipsa no obstāte pcedere posse ad electionē scdaz. Prima enim que
de iure nō sortitur effectū nō prestet impedimentū. de re. iur. c. non
prestat. lib. vi. de prebē. si beneficia. c. li. de cōdi. & demon. l. hec condi.
ff. qn̄ dies lega. ced. l. qd̄ pupil. c. cū si. lz secus in habente facultatem
eligendi iure cōpromissi vel demādationis. vt patet de ele. c. causaz
in ver. recipi. & per Innocen. & alios de offi. deleg. c. in literis. per. d.
Bald. C. quō & qn̄ iudex. l. si vt pponis. & l. q per salutem. ff. de iure
3 iur. ¶ † Tertio de pposita consultatione est casus expssus in. c. sup
eo. extra de ele. vbi est apertū qd̄ cū contingit electionē vnius perso
ne reprobari aliter qz ex persone vitio perpetuo vt est in casu ppo-
sito quo reprobari est electio ad conseruatorū officiū pter impe-
dimentū tpale tunc pcedi pōt ad electionē eius scdam etiā in offi-
4 cijs ciuitatis eiusdē. ¶ † Quarto pbatur eadē pclusio ex his q no.
Archi. in. c. gratia in fine. de rescrip. li. vi. quā sequūtur dñi mei de
rota in decisionibus antiquis decisione. xlix. & decisione. xxxvi. deter
minās ar. d. l. ij. de opti. lega. qd̄ quāuis qs semel ex iure proprio va
lida elegerit nō habeat regulariter facultatē variandi. ff. de opt. le-
ga. & l. apud officium. de le. ii. l. si is cui. de lega. i. serui electione. de
rescrip. cū in multis. li. vi. & qd̄ plene no. in. l. si qs stipulatus sit. & l.
eū qui certarē. §. fi. ff. de ver. obli. tū vbi ad officium eligit deceptus
remanet. puta qz illud alteri debebatur & ipse hoc ignorabat. tunc
nō priuatur auctoritate iterū eligēdi. & dicit etiā huius fuisse foreiterū
Ho. in. c. qz cunctis. de cōces. preben. lib. vi. Ita igitur in proposito
ipse Nicolaus extractus absqz sui vitio ad officium cuius habebat
vacationē tpalē fuit sui vitio nō impedit legi seu extrahi ad offici
aliud cuius non hz defectum seu vacationē. Cū igit dicto Nicolao
ex electione ad ipsam potestariā ius quesitū fuerit: vt in aut. de re-
fensio. ciui. §. anterum. ff. de condi. & demon. l. pluribus. C. de iurisdi.
om. iudi. l. priuatorū in glo. Et plene not. Bart. ff. de dona. l. absen-
ti. & in. l. lex eo. ff. de test. mili. Igitur istud sibi alterius electiōe tolli
nō potuit maxime postqz sua electio publicata est. c. cū inter cano-
nicos. de ele. Et hoc pcedit inspecta cōsuetudine florētina tenore
cōstitutionū suarū recte pensato. iure etenī cōi electus ad officium
vnū anteqz sit sindicatus & rōnē illius reddiderit nō pōt iterū eli
gi ad idē vel aliud vt est casus notabilis in. l. rescripto. §. debitores.
ff. de mune. & hono. & in. l. neminem. C. de suscepto. & archa. lib. x.

Consilium. cccclxiij.

1 ¶ Iudex fauore legati ad pias causas potestatem habet statuen-
di heredi instituto terminum certum infra quem deliberet adire
aut repudiare hereditatem.
2 Potestas a lege cōceditur iudici circa moderationem termini ab
ipso statuti.
3 Tacens habetur pro negante vel asserante prout sibi magis dam-
nosum est.
4 Legata ad pias causas an debeantur hereditate non adita.
5 Heres iussus a iudice implere testatoris voluntatē infra annum si
hoc negligit deuoluitur hereditas vltimo loco ad venientes ab in
testato vel fiscum. qui quidē relicta per testatorem debent implere.

¶ Omnipotentis dei postulato suffragio.

1 In casu consultationis pposite aduertendū † qd̄
ad stipulationē eorū q facultatē habent
petendi legatum factū gloriose virgini per Spinutium
testatorē iudex potestatē habeat statuēdi. A. heredi insti
tuto certum terminū. s. quē deliberet adire vel repudiare heredita
tem ex Spinutij testō sibi delatam. Et hoc ne diutissime stet in su-
spenso testatoris volūtas atqz executio huius pij legati. ita pbatur
ff. de bo. auto. iudi. possi. l. si seruus. ff. de cura. bo. dā. l. i. ff. de heredi.
insti. l. si quis instituatur. la grande. ff. de iure delib. l. i. et rectius pa
tet in. l. quandiu. la vltima. ff. de acqui. here. dicit autē in hoc Bart.
in dicta. l. i. ff. de iure delibe. tēpus qd̄ dari debet a iudice heredi ad
adeūdam vel repudiandam hereditatem in suo herede debere esse
annū. in extraneo vero centum dies. et hoc per text. in. d. l. si qs insti-
tuatur. dicit. certū qd̄ cū iudex ad alterius postulationē tps heredi
ad adeūdam statuere vult imitari dz edictum pretoris motum ad
hoc statuit heredi suo annū: extraneo vero centū dies vt. l. i. per to-
tū. & in. §. largius. ff. de succes. edic. igit &c. & ex hoc videt male dice-
re gloss. in. d. c. quādiu. quā vbiqz sequunt Bal. & Ange. et maxime
Bal. in rubri. C. de succes. edic. dicens tps hoc fore iudici arbitrarium.
ego dico qd̄ opi. Bart. videt cōfundi p text. in. l. fi. §. sed qz quidam
C. de iure delibe. vbi dz qd̄ heres tps ad deliberandū sup repudia-
tione vel adiectione a iudice consequitur non vltra terminū nouem
mensium ab imperatore vero nō vltra terminū anni. et sic videtur
qd̄ nō habita distinctione inter heredē suum & extraneū terminus
quē prefigere debet iudex ad deliberandum aditionem vel econtra
sit nouē mēsium. per dictum. §. poterit tū ipse iudex si voluerit causa
2 cognita moderare. † qm̄ potestas a lege conceditur iudici circa mode
rationem termini ab ipso statuti. vt. l. iij. & iiij. ff. de iure delibe. l. ij. ff.
de re iudi. & si in. c. qd̄ ad consultationē. eo. tit. qd̄ si. s. hunc terminū
nihil dixerit videbitur adiuisse vel repudiasse vt sibi magis est no-
cinum vt concludit in. d. l. quādiu. ff. de acq. heredi. et in. d. §. sed qz
3 quedā. versi. & si nō inter datū tps. † tacens enim habetur pro negā-
te vel asserente vt sibi magis dānosum est. ff. de interrog. actio. l. de
etate. §. qui tacuit. quod si heres repudiauerit seu repudiasse taci-
4 te censeatur: † tūc stat dubiū an deficiat hoc relictū ad pias causas
ppter nō aditam hereditatē adeo vt hec videant rogati venientes
ab intestato soluere relicta testamēti irriti ob defectum aditionis.
Et quidē est ista antiqua questio quā ponit Io. an. in addi. in tit.
de instru. edi. §. nunc vero aliqua. in additione incipiente. hic obli-
uiscitur actor questionis. et apud aliquos incipit. hic omittit au-
tor questionem. & Bart. in. l. i. C. de sa. san. eccle. et in. l. ex qua. C. de fi-
deicom. & in. l. i. C. de bo. vacan. lib. x. Bald. in. l. fi. C. de sa. san. eccle. et
in. l. fi. C. de manumiss. testa. et. l. qui filio. §. si qs seruum. ff. de here. in
sti. Ang. in. l. hereditas. de pe. heredi. Ergo vltra omnes plenissime
dixi in aut. sicr. C. ad. l. fal. in repetitione mea & quidem illud videtur
verum vt nec videant rogati ipsi veniens ab intestato relicta testa-
menti irriti ob defectum aditionis soluere. vt. l. ex testamēto. & l. eaz
q. l. C. de fideicommis. de lega. ij. l. si quis testō. ff. si quis omis. causa
testa. in. l. si quis omissa. et. l. si non iure. C. de manumis. testa. nisi ho-
5 die iure nouissimo secus dicamus per quod videtur † quod si he-
res iussus a iudice implere testatoris voluntatem infra annum hoc
negligit deuoluitur hereditas vltimo loco ad venientes ab intesta

to vel Iscam: vel quidē relicta per testatorē tenentur implere vt est
expressum in aut. de here. ⁊ fal. §. si quis non implens. ver. si vero in-
stitutio. vñ sumpta est aut. hoc amplius. C. de fideicōmis. q iter. etiā
loquit̄ hereditate p heredē non adita. vt patet in. d. §. si qs aūt non
implens ver. si vero nullus. ibi dū dicit. nō adeūt hereditatē ⁊c. Si-
militer dubitationē tā hanc in ꝓposito casu discutere nō expedit.
qm̄ testator testō suo clausulā codicillarē adiecerit per quaꝫ censet̄
grauasse venientes ab intestato de legatis soluēdis. C. de manumis.
testa. l. si non iur. ff. de testa. l. ex ea scriptura. §. si. sm̄ verani lec. gl. ff. si
quis omis. causa testa. l. q: aūt. in princi. C. de fideicommis. l. ex testa-
mento. vbi in glo. concor. ⁊ plene declarat Bar. in. l. j. ff. de iur. codi-
cil. ⁊ aliā in. l. si. C. eo. ti. Ex his ergo concludit̄ in om̄ euentū adita
vel repudiata hereditate per institutuꝫ ⁊ per veniētes ab intestato
institutio per ipsum legatum ecclesie gloriose virginis deberi.

Consilium. cccccxiiij.

1 Ordinatio morientis vasalli id in feudo disponens quod iuri
atqꝫ nature feudorum repugnat: nulla est.
2 Uasallus non potest (etiā ad pias causas) de feudo in vltima volū
tate disponere domini non accedente consensu. ⁊ nu. 3.
4 Testamentum cum nullum est: transit ad heredes ab intestato.

Omnipotentis dei postulato suffragio.

In casu proposite consultationis dicēdum arbi
tror hanc dñam Nicoluciaꝫ in scdo eius
testō in bonis eius feudalibus illos de Castilione pisca
rie nō continuos habitatores castri Astrie nulliter he-
redes instituisse. hoc quideꝫ primo ꝓbat̄ ex. c. j. vers. nulla. de succes.
1 feu. in vsi. feu. † vbi est expressum nullā esse ordinationem morientis
vasalli id in feudo disponentem qd̄ iuri atqꝫ nature feudorū repu
gnat: ⁊ sic etiam multomagis nulla erit ipsa ordinatio si repugna-
uit cōuentio inter dñm ⁊ vasallū. cū dicat text. tenorem cōcessionis
feudi dī feudorū nature preponderare. vt in. c. j. ibi ꝓpter tenorem
inuestiture incertū etiā de duobus fratri. a capi. inuesti. eo. li. hāc
autē scdi testamēti institutionē ꝯ ius feudorū factā esse apertissime
demonstrat̄ ex tex. in. c. j. §. donare. qualiter olim feudum alie. po. in
2 vsi. feu. † vbi est expressum vasallū non posse etiaꝫ ad pias causas, de
feudo in vltima voluntate disponere dñi nō accedēte cōsensu. que
quidē hic intercessisse non ostendit̄. ex quo tex. gl. post longā dispu
tatio aē in. c. j. in verbo seu alienare. de ꝓhibita feudi alie. p Fe. con-
cludit extraneum heredē in feuda nō institui posse per vasallū dñi
non accedēte cōsensu. qm̄ si dñm in hmōi institutione nō requirat
eū videt̄ cōtēnere. ⁊ igitur in cōtēptionis penā ipsa alienatio nulla
est atqꝫ redit feudū in dñi dispositionē. dicit tex. in. c. j. §. si vasallo. q
fuit prima cā benefi. amit. in vsi. feu. Ex feudorū eñ iure atqꝫ natu-
ra ille heres feudi esse censetur qui ipsius vasalli est descendēs legi-
timus: ⁊ sic nō heres extraneus. vt in. c. j. §. et si dicatalus. de alien.
feudi. ⁊ in. c. fin. si de feu. fue. cōtrouer. inter do. ⁊ agna. Secundo
principaliter hoc ostendit̄ ex cōuentione inter Grossetanū epm
⁊ hoies castri quibus cautū est ipsum epm licentiaꝫ dare eisdē per
fornis res feudales quas habēt in ipo castro eiusdē territorio quo-
cūqꝫ ex titulo alienādi inhabitatoribus cōtinuos dicti castri ⁊c. igi-
tur hec limitata cōcessio licentie hoc inducit: vt in holes non cōti-
nuo ibi habitātes alienatio facta sit nulla: qr casus in ipsa cōcessio
ne licentie omissus remanet in dispositione iur. cōis. ff. solu. ma. l. si
cum dotem. in prin. ff. de condi. ob cau. l. si extraneus de rescrip. c. su
sceptum. cū si. fuit eñ in potestate ipsius epi cā facultatē alienandi
feudi ⁊ cōcedētis ipsius facultatis seu licentie bñficiū restringere vo-
luit. ff. de reg. iur. l. neratius. ibi dum dicit. quē tñ modum beneficij
sui esse vellet in ipsius estimatione esse ⁊c. neqꝫ inuitus dñs cogit̄ ad
vasalli volūtatē alium quē voluerit vasallū habere debet. dicit tex.
in. c. j. in fi. de duo. fra. de nouo bñfi. inuesti. Et sic in vasallos habe-
re nō cogitur illos de Castilione institutos in testō in quos feuduꝫ
3 alienari voluit vt ex tenore sup̄. relate concessionis apparet. † Cum
igitur in hoc scdo testamento heredes instituerit in his rebus feu-
dalibus quos quidē habere non poterat. vt sup̄. posita demonstrant
absqꝫ eo qd̄ institutos in testamēto primo reputaret indignos he-
reditate sua. igit̄ primū testamentū in quo eadē dña instituit com
munitatē castri. Ischie remanet in suis iuribus totaliter validum
cum secundū testamentū ex quo hereditas adire non pōt. vt in ca-
su ꝓposito primuꝫ rumpere non censeat̄. ff. de libe. ⁊ posth. l. si filius
qui in potestate. ff. de inuisto testa. l. cuꝫ in secundo. ff. de here. insti. l.
pater filio. ff. de vulga. ⁊ pupil. l. si qs cum. §. fin. C. de testa. l. hac con-
sultissima. §. si quis autem. insti. qui. mo. testa. infir. §. posteriore. ff. de
acqui. here. l. clodius sm̄ vnam lec. cū si. Secus vero si igitur in secū
do testamēto heredes eos quos non potuit instituit: qr institutos
in primo reputauit indignos: qr tunc hereditas a primis vt indi-
gnis auferretur: et fisco applicaretur. pōt eñ declarari heredis indi
gnitas etiā in non solēni voluntate. vt. l. hereditas. C. de his qui. vt
indig. ⁊. l. cū quidam. ff. eo. ti. quā ita ibi intelligit Bar. et bene. Ex
his ergo in ꝓposito casu cōcludit̄ feudalē hereditatē dicte domine
Nicolucie ad cōmunitatē Ischie pertinere in primo testamento in
stitutam. nec est verum eam deuolui debere ad epm Grossetanum:
eo q: heredis institutio in secūdo testamento in rebus feudalibus
facta fuit dñi nō accedente consensu. ⁊ igitur qr dñm contempsisse
videt̄ ad eandē in contemptionis penā debent res feudales reuerti.
vt. d. §. si vasallus. Et concludit in proposito nostro glos. preal. in. c.
imperialē. qm̄ illud verum vbi nō appareant in primo testō aliȷ le
gitimi instituti ꝓut hic fuit. qm̄ tunc ad ipsos: nō autem ad dñm
4 feudalis pertineret hereditas. † Hoc aūt ꝓbat̄ optimo simili. dici
mus eñ quod cū testm̄ est nullū hereditas deuoluitur ad succeden
tes ab intestato. vt institu. de here. que ab intesta. in prin. ⁊. l. j. ff. de
suis ⁊ legi. ff. de ver. signi. l. intestatus. ⁊ tñ illud est verū nisi reperia
tur testm̄ prius legitimū ⁊ in quo sunt heredes iure valido insti
tuti. qm̄ tūc ad illos hereditas pertineret ⁊ excludunt̄ succedentes
ab intestato. vt. d. l. si filius qui in potestate. ⁊. d. l. si qui cum. §. fin.
⁊ hec in proposita consultatione sufficiant.

Consilium. cccccxv.

1 Hereditas paterna infanti delata: nec suo nomie adita an ad
matrē trāsmittatur. Et posito quod non transmittat hereditatē
an saltem transmittat beneficium restituendi in integrū in matrē
pro ipsa hereditate adeunda. nu. 2. ⁊ 3.

Omnipotentis dei postulato suffragio.

In casu proposito breuiter dicenduꝫ quod si ista
Agatha infans decessisset hereditate nō
adita per tutorem eius tunc oriren̄t duo maxima dubia
quorum quodlibet dicimus decisione cesarea indigere.
1 † Primū an hereditas paterna infanti delata nec suo nomine adi
ta transmittatur ad matrē qd̄ plene no. Bar. referēs Jacobuꝫ de
bel. in. l. ventre. de acq. he. ⁊ Bal. in. l. si infanti. C. de iure deli. ⁊ ha-
betur in. l. luci⁹. ff. de iure fis. ⁊ in. l. ij. §. si quis ex liberis. ff. ad tert. ⁊
2 in. l. qui duos. §. cū bello. ff. de rebus du. † Scdm̄ nūquid posito
qd̄ de iure cōi hereditatē nō agnitā nō trāsmittat: saltē trāsmittat
beneficium resti. in integrū in heredē seu matrē pro ipsa heredita-
te adeunda. Et de hoc per Ja. bu. Ja. de are. ⁊ Cy. in. l. j. C. de restit.
mi. ⁊ Bar. in. l. pamphilus. ⁊ in dicta. l. ventre. ff. de acqr. her. ⁊ in
l. qui duos. ff. de rebus du. ⁊ in. l. non solū. ff. de in integrū restit. per
Bal. in. d. l. si infanti. ⁊ in. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tollē. ⁊
3 per Joan. an. in. c. pñtia. de ꝓba. in nouella. † sed quia presupponi-
tur tutorē hereditatē infanti delatā adiuisse qd̄ potuit. vt dicta. l.
si infanti. cū similibus. igitur ⁊ ꝯñs vt illam ad eius successorē trās-
miserit. vt. l. si infanti. C. de admi. ⁊. d. l. ij. §. si quis ex liberis. ⁊ igitur
transmisit ad matrem cuius potior existat causa in successione in-
fantis aliȷs quibuscunqꝫ exclusis. vt in aut. defuncto. ⁊ in auten. vñ
sumitur. C. ad tertu. Et hec sufficiant.

Consilium. cccccxvi.

1 Contrahēs cum procuratore duplex mandatuꝫ habente: quā
uis non contemplatione mandati sufficientis ad obligandum: ni
hilominus sustentatur contractus propter mandatum secūdum:
quod in veritate sustentari potest.
2 Sententia iudicis dicētis se nolle ꝓcedere ex capite iurisdictionis
ordinarie scdꝫ quā in veritate pōt: sed ex capite delegate quam pu
tat se habere cum non habeat an valida sit. ⁊ nu. 3. ⁊ 4.
5 Aditio hereditatis facta ex capite incongruo nulla est neqꝫ valet
sustentari ex capite congruo ex quo valere potuisset si heres voluis
set. ⁊ nu. 6. 7. ⁊ 8.
9 Dilatio secunda qñ sit danda impedito in prima. Adde nu. 10.

Omnipotentis dei postulato suffragio.

Dissimus cōsultationis articulus dubi⁹ red
ditur ex quatuor. Primo ex tex. singulari. ff. de institu. l.
habebat. que allegatur per Bar. in sua disputatione in
1 cipiente: ⁊ adnunātia generalis. vbi vult † quod si cum procuratore
habente mandatum duplex ego contrahebam: non tamen contem-
platione mandati sufficientis ad obligandum nihilominus sustē
tatur contractus ꝓpter mandatum scdm̄ qd̄ in veritate sustentari
pōt ita igitur in proposito licet cōparuit Matheus vigore mādā
ti respectu cuius nō poterat comparere: cū comparuit vt substitu
tus a procuratore: cū tñ de substitutione non doceat̄. tñ sustētatur
cōparatio ꝓpter mandatū scdm̄: qr in veritate poterat compare-
2 re illud scꝫ quo cōstitutus fuit a dño cause. † Secūdo ex eo qd̄ no.
Jnno. in. c. cum officij. de prescrip. cuius verbum refert Bald. in. l.
non codicillū. C. de testa. ⁊ in. l. j. ver. seq. eo. ti. ⁊ Ang. in. l. si per erro
rem. ff. de iurisdi. om. iudi. volens validam esse sententiam iudicis
dicentis se nolle procedere ex capite iurisdictionis ordinarie scdm̄
quā in veritate pōt. Sed ex capite delegate quam putat se habere
cum in veritate non habeat. cum enim adsit potestas procedēdi ⁊
voluntas lꝫ erret in specie iurisdictionis: valebit tñ qd̄ agit̄ qr prin
cipalis voluntas non deficit in genere potestatis sicut dicim⁹ in de
lictis q̄ regulariter procedunt a mēte. ff. de furtis. l. periurie. de sen.
excom. c. cū voluntate. in quib⁹ sufficit generalis animus delinquen
di. lꝫ deficiat ꝓpter errorē potestatis delinquēdi in eū in quē delin-
3 quitur. ff. de iu. l. eū qui. §. ij. † Tertio ex tex. sing. in. l. ij. §. j. ver. prom
de. ff. de iudi. vbi valet sñia iudicis ⁊ si ꝓcedat ex capite iurisdictio-
nis ordinarie quam in veritate non hꝫ: cū putet se habere neqꝫ ꝓ-
cesserit ex capite iurisdictionis prorogate quam habet in veritate.

[illegible] ad

4 †Quarto ad idē doctrina Bart.i.l.ij.§.si qs ita.ff.de verbo.obli.di-
cētis qd vbi ppter defectū in cā efficiente act⁹ nō vʒ vt valere potest
put in casu nro.de despō.impub.c.fi.ꝛ eo.ti.c.i.lib.vi.ita igit in pro
posito lʒ non valeat cōparitio vt fuit ꝯparitū per defectū in causa
efficiēte.s.ser.Matthei q est substitutus cōparuit de cā substitutio
ne non cōstet:tū valebit vt valere pōt respectu mādati per quod a
dño est procurator principaliter constitutus.Nō⁹ tū non refragā-
tibus in cōtrariū se veritas hʒ.Pro q: cū potuerit tanq̄ procura
tor principaliter constitut⁹ cōparere ꝛ huic non fuerit ei⁹ animus
ꝛ qd voluit adimplere nequiuit cum voluerit comparere vt substi
tutus cū de substōne nō cōstet.ꝛ sicut repugnat voluntati potestas
consequens est vt eius cōparitio nulla sit.de offi.de.c.cum super.C.
5 si quis alteri vel sibi.l.maiori cū si.† Scdo ad rationē tex.in.l.si is
ad quē.ff.de acqui.here.decidens aditionem hereditatis factam ex
capite incōgruo nullā esse.neq̄ vʒ sustētari ex capite ꝯgruo ex quo
6 fieri potuisset si hō voluisset.†Et ad idem tex.de conces. pben.c.ex
parte aculis.terminans collationē beneficii nullā fore si fiat ex ca-
7 pite inhabili ex quo fieri potuisset si cōparens voluisset.†Quarto
ad idem tex.in.l.antepe.ff.de eo q pro tu.ꝛ in.l.iij.§.sed ꝛ si quidem
tutor.ff.de iudi.sol.vbi tex.qd est stipulatiōe iudi.solui facta per eū
qui non est tutor nō tū vt tutorē:sed vt negotiorū gestorē vel alium
nō cōmittitur posito qd committi potuisset:qr ab eo interposita
fuisset vt a tutore.ꝛ sic nec alio ex capite habili sustentari eaʒ ex ha
8 bili sit.†Ultimo ad idem tex.in.l.si seruus cōmunium.§.seruus ca-
pi.ff.de stipu.seruo.vbi nulla est stipulatio scdo facta cū adiecto in
habili lʒ illa valuisset ꝛ si facta fuisset cū habili ꝛ sic cū inhabili nō
sustentatur.Ita igitur in proposito cōparitio ser Matthei nulla:
q: facta ex capite inhabili.s.substōne de qua non constat substitu-
ri non potest ex habili.s.ex mandato quo principaliter fuit procu-
9 rator constitutus.ꝛ hec est veritas per predicta.¶ †Quo ad secun-
dum breuiter dicendum qd hec suspensio termini.xxx.dierum sit a
municipali constitutione per pendentiā termini prefixi ad exami
nandos testes extra prouincias.Un̄ sequit qd quo ad productionē
testiū examinatorū infra prouinciam terminus idem currit adeo
vt nec post ipsos.xxx.dies illi produci possint.Hoc quidem proba-
tur ex tribus seu quatuor similibus.¶ Primo ex eo quod no.Ja.
bu.ꝛ Bar.in.l.admonendi.ff.de iureiu.dicentes qd si in dilatione
prima ad probandum concessa fuit quis impeditus circa produ-
ctionē testium debet sibi restaurari dilatio scdo solū ad illos duos
producendos in quibus fuit impeditus in prima:nō aūt ad alios
sicut in scda dilatio concessa respectu particularis impedimēti cō
tingentis in prima moderatione capit restrictionem ex eo impedi
mento particulari:ita suspensio termini quo ad alios currētis in
dicta dilatione per hanc particularē causam.s.a pendentia dicte
dilationis ad examinandum testes extra prouinciales eosq̄ postea
producendos ad ipsam tantū restringit.ideo vt non aliorum pro-
ductio fieri possit.Scdo ex eo qd terminat Bar.ff.de ferijs.l.si vo-
lens.qd si habens dilationē dierū puta nouē ex impedimento sup
ueniente duorū vltimorū dʒ sibi cōcedi restauratio vel restō scda in
his tantū duobus.sicut ergo dilatio concedenda est respectu impe
dimenti contingentis circa particularitates temporis in prima re
stringit solum ad tempus q̄ abstulit impedimentū.ita in pposito
suspensio termini predicta facta solum ad vnam cām particularē
10 restringit ad illā nec trahi dʒ ad aliam. ¶ †Tertio ad idē qd dici
mus quod quāuis impedimentum superueniens in die vna aufe-
rat vtilitatem tpis totius.Nec extinguat omnem probibitaʒ dili-
gentiam circa id quod faciendū tpe prefigit fieri dʒ totius tpis no
ua reintegratio.vt.l.ꝛ ideo hesitatur.ff.de verb.ob.ꝛ in.c.si electio.
de elc.li.vi.Et qd not.in aut.ei qui.C.de tempo.appel.ꝛ in.c.ex rō-
ne eo.ti.tamen vbi impedimentum superueniēs dilatione penden
te aufert solū commoditatē partis temporis in quo supuenit.tunc
4 si adulteriū cū incestu. §. i. ff. de adulte. † vbi est expressum ignorātia iuris ciuilis induci in muliere maiore nedū minorē excusationem a pena incestus. Scđo per l. regule. ver. videm⁹. ff. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ l. i. in fi. ff. de edē. vbi mulieri nedū maiori: sed etiam minori iuris ignorātiā in se esse dicēti succurrit: vbi de damno vitando tractat. Tertio ad idē tex. in l. qui supra. C. de incest. nupt. vbi expressum est ppter iuris ignorātiā minori faueri: ita qđ nō incurrit penā a lege
5 impositā incestas nuptias ɔhenti. ¶ His tñ nō refragantibus cuz quibus pñt multa filia allegari ɔtrū veri⁹ existimo. Et primo moueor ex casu ad ppositum nr̄m singulari iudicio meo: in l. i. C. de interdic. matrimo. vbi fm lec. glo. cōiter approbatā a doctoribus ibi. ⁊ in d. l. contra. per l. fi. ff. de ritu nup. est expssum qđ ille qui alias a pena ɔhentiū vetitas nuptias ppter iuris ignorantiā esset excusatus: vt est rusticus ⁊ filiꝰ: si habit eas clam: vt in proposito casu penā nō euitat: ⁊ huius est rō vt dicit gl. notabiliter. q: ppter clandestinitatē ꝓsumit in eo adesse scia iuris: ⁊ cessat ꝓsumptio ignorantie
6 eiusdem. Unde tex. ille formalr istā qōnē determinat. † Secūdo moueor ex. c. pueris. c. ꝗuis. c. primi. c. mulieres. et. c. de monialibus. de sen. exc. vbi in fili iste casus etiā deciditur: qm̄ in eis est expressum φ minor etas seu muliebris sexus mulierē se nō excusat quominus si manus violentas in clericū iniiciant snīam excōicationis incurrant latā a canone: si quis suadente. Ita igitur in proposito dicēdum in hoc milite ⁊ muliere. maxime si in gradu phibito iure diuino iuncti. no. in. c. litteras. de rest. spo. Cuius ignorātia apud hoīes damnabilis est: vt in l. venia. C. de in ius vo. ⁊ in. d. c. ignorantia. i. q. iiij. nuptias ɔtrxerint. φ in snīam excōicationis late p dcām cle. inciderint. istud aūt in muliere maxime verū est: q: in ea dat regula qđ iuris ignorātia in dāno vitādo nūq̄ sibi pdest nisi vbi iure hoc spāliter repit expressum. C. de iur. ⁊ fac. igno. l. ne passim. At in proposito casu eaz excusari iure cautū nō reperio. Ceterū est in milite. Alii qñ reperio qđ eū ab incursu in pena ignorantia iuris nō excusat: q: nō euitat penā illā q̄ p legē iponit heredi si inuētariū nō ɔficiat: vt est expssum in aut. de her. ⁊ fal. in. §. q: vo duplex. Et hoc de primo.
7 ¶ † Quo ad scđm breuiter credo qđ negocio mulieris qua dicit se dictū matrimoniū nō ɔtrxisse: cuius ɔtrū ɔstat p testes ⁊ cōfessionez dicti militis ei militi in nihilo pficiat. Istud quidē verū esse pbo. Primo ex eo qđ in fili determinat notabilr Bar. in l. inter ods. §. rōne. ff. de fur.
8 † Cuius snīam sequitur. d. Bal. in l. trāsigere. C. de transa. dicens furi de cuius furto cōstat nō opitulari dcm̄ dñi cui res subtracta est: dicētis eū q fur dr furē nō esse: q: sua voluntate rem accepit. Et huiꝰ est rō duplex. Prima q: ex eo qđ furtū factum est q̄ritur ius reipublice ad declarādū incidisse in penā furis. Ūn reipublice talis cōfessio dñi obesse non pōt nisi alia indicia cōcurrāt sicut nec cōfessio serui ⁊ filii: ex quorū facto queritur patri a dño eius nocet nisi alia appareāt indicia: vt l. quero. in fi. ff. de edil. edi. Secūdo q: per hunc modū de facili semper posset delinquēs euadere: qđ esset iniquū. Ita igit in pposito cū ex matrimonio in gradu phibito ɔcto. de quo constat per testes fuit quesitū reipublice eius declarādi ɔhentes incidisse in penas. igit est cōsequēs vt dictum mulieris negātis se mrīmoniū ɔtrxisse militi nō ꝓsit ad pene euitationez: nec vtilitati reipublice noceat cui⁹ interest delicta nō remanere impunita: qm̄ aliter dicendo faciliter daret via euitādi penā impositā ɔhenti illicitū mrīmoniū. Scđo ad idez rō decisionis. c. sup eo. de eo qui cogno. consang. vxo. sue. vbi ideo cōfessioni amborū cōiugū dirimenda: ita igitur in proposito ideo non stabit dcō mulieris: q: si
9 staretur facile reperiret via ad euitandaz dictā penam. † Scđo ad idē decisio. c. continebat. de despō. impu. ⁊. c. si quis acceperit. xxxiii. q. i. vbi dcō mariti asserentis matrimoniū carnali copula ɔsummatum si cū eo concurrat aliqua ꝓsumptio statur: nec in aliquo curat dictū mulieris ɔtrū asserētis: ita in pposito stabit cōfessioni militis asserētis mrīmoniū ɔctū cū quo cōcurrūt dcā testiū: nec in aliquo
10 opitulabitur negocio mulieris. † Sed aduertendum q: vbi solū ad probandū mrīmoniū esset dictū eius qui se dicit maritū. Et ex contrario eēt dcm̄ mulieris negantis: tūc dcm̄ viri putarē nō sufficere ad mrīmoniū clādestinū probandum. Primo q: de hoc est tex. fm lec. cōem in. c. i. de clandesti. despō. vbi est expssum qđ dicto solius viri muliere contrahente nō stat: ita vt per illud pbetur mrīmoniuz clandestinū. Scđo q: ex contradictōe mulea amboz. s. tā viri quā mulieris hoc eccle sit occultū. s. an mrīmonū sit ɔctū. Igit est ɔñs vt ipsa de hmōi occulto mrīmonio iudicare non possit per. c. de clā-
11 desti. despō. vbi hoc est expssum. † Ecclesie enim non est datum iudicare de occultis. xxxii. q. v. cū si. ⁊ hec locū habēt in foro contētioso. In penitentiali vero crederet dicto solius viri aduersus se: q: nemo est presumendus immemor sue salutis: ⁊ consequenter qđ cū mēdacio veniet ad confitēdū. i. q. vii. sancim⁹. de homi. c. significasti. el. ii. Ad hoc optime qđ no. glo. ordi. in clemen. i. in verbo nō habita. de de priuileg. ⁊ in. c. placuit. de peni. dist. vi. ⁊ Jo. and. in. c. sicut. de senten. excom. vbi concluditur stari in foro penitentiali dicenti se habere licentiam a proprio presbytero vt alteri possit confiteri: vel dicenti se ab excōicationis sententia absolutum: ⁊ hec rōne predicta
12 sufficiant. Et hec sufficiant quo ad secūdum ⁊ quartum. † An impetratio hec facta per excōicatos occultos valida censeatur: vt nō insistamus in superfluis breuiter est dicendum qđ non. Ista enim est sententia Joan. an. in. c. fin. de procurato. ⁊ plenius in. c. i. de rescrip. in. vi. do. Anto. in. c. ad probandum. extra de re iudica. ⁊ communis omnium in dictis locis: licet Hostien. aliter visus fuerit tenere: vt refert Joan. and. in dicto. c. fina. Nec refragatur tex. in. qđ. vi. in. §. tria. c. ad probandum. l. barbarius. ff. de offic. pretoris. in l. fi. C. de senten. cum simili. que videntur directe quod gesta ab excommunicato seu alias inhabili occulte ratione communis erroris tolerantur. prout etiam not. de elec. nihil. de rescrip. c. suscitata. et. c. cum dilecta. quoniam illa iura loquuntur in his que gerūtur ratione publici officii. sed in his que geruntur iure priuato: vt est in proposito casu literas impetrare: ⁊ similia nō est differētia inter publice ⁊ occulte excōmunicatum: vt singlr terminat Inno. de consue. c. cū dilectus. Nec etiā ob. qđ no. Inno. de sen. exc. c. si vere. dicēs occultū excōmunicatum in aliqua dignitate tolleratū in dignitate seu in ecclesie fauorem literas impetrare posse. Quoniā rñdeo qđ ibi est ex eo: q: tunc ipsa dignitas hoc facere videtur nō persona excommunicata. arg. vii. q. iii. nōne. de offi. deleg. c. cum olim abbas
13 ff. de adop. l. si cōsul. cū si. ⁊ hoc de tertio. ¶ † Quo ad quintum: posito qđ miles excōicatus fuisset. mulier autem non valeat impetratio dispensationis de contrahendo matrimonio inter eos non obstante gradu: que quidem facta presupponitur per ambo. Breuiter dicendum videtur esse actus indiuiduus: merito ergo tūc succedit regula volēs qđ vbi ad explicationez actus indiuidui persona inhabilis alibi administraretur actus ipse totaliter ruit: et nulla ex parte sustenetur. de offi. deleg. cū semper. ⁊ in. d. c. ad probandū. ff. de arbi. l. pedius. als l. parui. in. §. fi. in. d. c. fin. de pcur. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. l. i. §. itē queritur. ⁊. §. trebatius. Hoc aūt intelligendū vbi habilis inhabilē alias scienter admisit: qm̄ si ignoranter act⁹ ipse sustenetur ppter personā habilē. ita dicit not. Inno. in. c. illa. de elec. ponēs rōnē diuersitatis. s. q: qm̄ ignoranter admittit inhabilis habilis videt velle agere meliori modo quo pōt. ar. ff. de testa. mili. l. iiij. ⁊ ideo tūc nō immuetur potestas habilis ppter inquisitionem inhabilis. Sed quando admittit inhabilis: sciēter videt velle habilis quicq̄ facere. Sed qđ actus vim sumat pariter ab oībus: ⁊ ideo actus ruit ⁊ repugnat ptās ⁊ volūtas adinuicē: vt in. d. c. cum sup. ⁊ ita intelligitur qđ habet in. c. cū vintoniēsis. ⁊ in. c. massana. de elec. etiā intelligendū qđ no. Jo. an. in regula qđ alicui. de regu. iur. lib. vi. in mer. ⁊ in addi. Spe. in ti. de requisitione concilii. §. i. in addi. que incipit. vt aliquod preambulū. ⁊ in tit. de snīa. in. §. iuxta. ver. qd si ex duobus. ⁊ primo hoc dicto Inn. videt recte intuenti casus in. d. c. fi. extra de pcurato. His tamen nō refragātibus contrariū existimo fore verius: q: vt ex se patet iste actus impetrādi debet diuiduus iudicari. Quilibet enī de per se separatim impetrare potuisset. Unde ɔñs est vt admixtio inhabilis cū habilis dispensatione inualidare non debeat. ⁊ ad hoc pbandū allego casum trium legum hoc dubium decidentiū. s. l. i. in ver. quidem. ff. qđ falso tutore. vbi ꝓstatio autoritatis reddita non fuit inutilis ex eo q: tutor falsus ⁊ sic inhabilis admixtus fuerit tutori vero. Secūdo tex. l. si spōsus. in. §. si maritus. ff. de dona. inter virum. ⁊ vbi in persona habili ad donationem recipiendam. Tertio l. liberis. §. si dno. ff.

de liber agn

ꝛc liberali cū vbi venditio vitiosa in personam alterius sibi cōiun
ctis carentibus qualitate vitiū imprimēte. ꝛ hec de quīto. ¶ Quo
ad vltimū in quo queritur an mandatum de suspēdendo directo
Episcopo gerundinensi potuerit executioni mandari per. R. D.
Car. sancti Sixti ecclesie gerūdinen. administratorē: ꝛ consequenter
an p eūdē subdelegatio potuerat fieri. Breuiter dicēdū qd nō: qꝛ lꝫ
administrator succedat in ordinaria iurisdictiōe epi. vt in. c. is cui.
de elec. li. vi. non tn̄ succedit in his que ad eūdē verū esse ꝓbat ex duo
bus. Prio qꝛ licet cōis regula tradat. c. sede vacāte succedere in ptā
te iurisdictionali epi. nihilominus nō succedit in his que ad epm
pertinēt ex iurisdictiōe delegata maxime ab homine. vt firmat Jo.
an. de heret. in. c. ad abolendam. Secundo ad idem text. singu. fm
4 lec. do. An. extra de for. cōpe. in. c. verū. † dicens sede vacante. capitu
lum non succedere in his iurisdictionibus que epo competunt. nō
tanq̄ epo. ꝛ sic non ex iurisdictione naturaliter epali. sed altero iu
re accidentali ꝓ qua lec. optime facit qd Inno. no. extra de elec. c.
cum in cūctis. ad fi. dicens capitulū non supplere negligentias epi
in cōpetentibus eidē ex iure accidētali: lꝫ aīs suppleret eo negligē
te in his que ad eum pertinerent ex naturali sua iurisdictione. fi
cut ergo capitulū qd sede vacāte succedit in potestate iurisdictio
nali epi nō succedit in his que ad epm pertinent iure accidentali:
puta qꝛ ex delegata iurisdictione vel alias. ita etiam non succedit
ex paritate rationis hic administrator. Et hec de vltimo pro presen
ti consultatione dicta sufficiant.

Consilium. cccccvij.

1 ¶ Obligatus ad decem staria annua frumenti si pro eis obliga
uit ꝛ propter moram pretium creuit an bona sint obligata pro au
gmento.
2 Pignus obligatum pro quantitate principaliter in obligatione
deducta non censetur obligatum pro eo quod ipsi quantitati que
principaliter in obligatione deuenit accessorio iure venit vel pro
eo quo ipsa obligatio augmentum recipit.

Omnipotentis Dei postulato suffragio.
In casu proposite consul
1 tationis † breuiter dicendum bona hypothecata nō fo
re dicto Martino respectu incremēti estimatiōis gra
ni qd contigisse presupponitur propter ipsius Jo. moram. in gra
ni solutione commissam. quod quidem primo demonstratur: quia
Jo. ipse vt ex instrumenti verbis apparet obligauit bona sua pro
solutione solummodo stariorum. xxiij. ergo sequitur qd non pro
incremento plurime estimationis eiusdem que ob moram in solnē
do contingit. cum ad illam non dicatur in cōtractu conductionis
obligatus. sed ex eius negligentia non soluendo. dicit text. expssus
ff. de in litem iuran. in. l. j. Secūdo obligauit ipse Joānes bona sua
solummodo pro annua pensione videlicet in verbis instrumenti
dicentibus. ꝛ obliga. pro predictis ꝛc. Tunc ergo casum habemus
expressum qd accessoria obligatio fideiussoris ad id se obligātis qd
primo in obligatione deuenit non augmentatur ex eo qd argumē
tetur in principali obligatione propter moram seu contumaciam.
Hoc est expressum. ff. de fideius. l. fi. ꝛ. l. fideiussores magistratuū. in
in prin. ꝛ. §. pro aurelio. ff. ad muni. l. libertus. §. fi. ꝛ qd plene no. in
l. quero. in princip. ff. loca. ꝛ. l. in centum capue. ff. de eo quod cer. lo.
et in. l. ij. §. fin. ff. qui satisda. cog. Pari ergo ratione accessoria obli
gatio pignoris id solum respiciens qd principaliter in prouisione
affictus venit augmentata non cēsetur eo qd ex postfacto ipsa an
nui victus solutio propter moram creditoris credēdo soluerit bo
na enim est argumētatio de obligatione accessoria fideiussoris ad
accessoriam obligationem pignoris. vt no. glo. in. l. eius qui ꝓuin
ciam. in verbo neq̄ pignora teneri. ff. si cer. pe. l. si qs ꝓ eo. §. si num
mus. ff. de fideius. loquentem in obligatione fideicommissaria extē
2 dētē ad obligationem accessoriam pignoris. ¶ † Vltimo videtur que
stio ista determinata ex casu. l. pignoribus. C. de vsur. que lect. cum
glo. volentis qꝫ illa declaret legem per retentionē. C. eo. titu. vult ex
presse qd pignus obligatum ꝓ quantitate principaliter in obliga
tionem deducta non censetur obligatū pro eo qd ipsi quantitati
que principaliter in obligatione deuenit accessorio iure venit: vel
pro eo in quo ipsa obligatio augmentum recipit. ꝛ ita etiam vide
tur probare a contrario sensu. l. grege. §. fi. ff. de pig. ꝛ ita in proposi
to casu dico.

Consilium. cccccviij.

1 ¶ Statutum qd villa negligens in capiendo malefactorem pos
sit habere regressum contra bona fratrum delinquentis qualiter
intelligi debeat.
2 Verba illa: lego vel mutuo centū super tali fundo: inducūt ipsius
fundi tacitam hypothecam.
3 Constitutiones ex se aliquid vltra ius commune operantes ad ius
commune reducende sunt.
4 Ciuitas nulla preter fiscum de iure communi in bonis sui debito
ris tacitam hypothecam habet.
5 Alterum pro alterius facto teneri non conuenit.

Omnipotentis dei postulato suf
1 fragio. Presens consultatio duo habet quesita. † Primo nunquid
Senen. cōstō volēs villā ex eo penā soluētē: qꝛ negligēs fuit capien
do delinquētē regressuꝫ hr̄e posse sup bonis ipsius delinquētis fra
trū eius fratrū aut filioꝝ: intelligat ipsis villis in predictorū bonis pro
restauratiōe pene solute cōcedere hypothecā. Et in hoc prima frō
2 te videdū vt qd sic. † Primo per tex. notabilem in. l. codicil. §. institu
tio. ff. de leg. ij. vbi est expressum qd verba illa. lego vel mutuo centū
super tali fundo inducūt ipsi⁹ fundi tacitā hypothecā. ꝛ ita istum
tex. no. Bar. in. l. fundū. ff. de annuis leg. Ita igit in ꝓposito constō
illa dicēs qd possit villa soluēs habere recursuꝫ sup bonis ꝛc. cēset
illa bona pro soluta pena tacite obligare. Scdo ad idē videt text.
in. l. fi. C. qui rescin. aut obliga. pos. vbi est expressum qd per hec ver
ba. s. pro mutuata pecunia ꝓmitto tibi satisfacere p rerū mearum
exactionē videtur res ipse pignori cōstitute. Ita igit in proposito
per statuti verba. s. qd ipsa villa possit ob solutā penam restaurari
exigendi bona ipsius delinquētis cōcedere videt eidē ville ipsorū
3 bonorum obligationē. † ¶ His tamē nō refragantib⁹ in ꝓposito
casu cōtrarium verius existimo. Cōsiderādū em ipsa statuta inquā
tū possibile est ad ius cōe reducenda fore maxime vbi ex se aliquid
vltra ius cōe operantur. extra de consue. c. cū dilectus. C. de nox. l.
ij. C. de iure delib. l. fi. §. in computatione. in gl. ff. de mune. ꝛ ho. l. gra
datim. §. sed si lege. C. de inof. test. l. si quando. cum si. Sed cum in ꝓ
posito casu cōstitutio ipsa vltra ius cōe plurimū operetur vt proxi
me demōstrabitur: igitur reduci debet ad ius cōe quo ad hoc. s. vt
ipsa villa delinquētis bonis seu cōsanguineorū ei⁹ tacitā hypothe
4 cam non habeat: † vt de iure cōi nulla ciuitas preter fiscū in bonis
sui debitoris tacitā habeat hypothecā. vt ꝯcludit gl. cōiter appro
bata in. l. certum. C. ex quib. cau. pig. vel hypo. tacite contrahatur
ar. l. fisc. ff. ad munici. ꝛ. l. eum qui vectigal. ff. de verbo. sig. qd autem
vltra ius cōe constitutio operet manifestissime demonstrat: qꝛ de
hoc iure cōi hec villa que id penā soluit: qꝛ negligēs fuit i capiēdo
delinquētē regressum nō habet aduersus ipm delinquētē vel ei⁹ bo
na ꝓ soluti recuperatiōe. Hoc quidē primo probat ex eo casu ad ꝓ
positū notabili in. l. mācipiū. C. de ser. fugi. vbi est casus notabilis
scdm lec. primā glo. fi. qd iudex penā soluēs eo qꝛ negligens fuit in
reperiendo seruū rōne apprehense fuge delinquentē pene ꝓsecutio
nem per se solute nō habet aduersus eum cuius occasione soluit. et
hoc cū pena per eū soluta ipm delinquētē nō liberat: nec id ꝯtinet
qd in delinquentis obligatione versabat. secus vbi delinquētē libe
raret: atq̄ id cōtineret qd versabatur in obligatione: quoniā tūc
qd soluit ab eo repeteret cuius soluit occasione. Hic est casus not.
C. de exacto. tribu. l. missi opinatores. lib. x. Scdo probatur ex regu
la generali que habet ex respectu ei⁹ qd qs ex suo solūmodo facto
seu ꝓpria negligētia: aut ex sua solūmodo persona soluit: non aūt
alteri⁹ nō pōt aduersus tertiū actionē intentare: nec etiā ei cui sol
uit cōpellere vt aduersus tertiū sibi cedat actionē. hoc ita pꝫ. ff. de
admi. tut. l. si plures. in fi. la. ij. ff. de tute. ꝛ ra. distra. l. j. §. nunc tracte
mus. ff. cōmoda. l. vnde querit. ꝛ no. Cy. C. de duo. reis. in. l. j. in. iij. q.
prin. ꝛ Bar. in. l. modestinus. in. iij. q. C. de solu. Cū igit dicta villa
penam soluerit ex sua ꝓpria negligētia quā adhibuit circa delin
quentē capturā. Igitur est consequēs vt ꝓ ea soluta recuperanda
aduersus delinquentē vel eius consanguineos eiusve bona actio
5 nem nō habeat. † In hoc ergo primo cōstō ista vltra ius cōe opera
tur cum ipsi ville pro sui pene recuperatiōe actionem cōcedat ad
uersus ipsum delinquētē sed eius teneri cōsanguineos qd perdāt
nedum contra ius ciuile sed etiam naturale. cum alterum pro alte
rius facto teneri non conuenit. C. vt nullus ex vica. l. j. lib. xj. et in
auth. vt nulli in. §. quoniam vero. ꝛ quod de huius statuti plene di
xi. in. l. si filio. la. ij. ff. so. ma. Operabitur ergo cōstitutio ista hoc. s. vt
aduersus delinquentes eorumq̄ cōsanguineos cōpetit ville pro so
luta pene recuperatiōe actio vna personalis. s. ex statuto aduersus
delinquentem ꝛ cōsanguineos que nedū personā sed etiā fundum
id est ipsorū bona sequat licet regulariter cōtra sit. nō vna cū perso
nali actione etiā hypothecaria cōpetat. ne nimis ius videat offen
dere. ꝛ igitur iudex qui ipsi ville soluēti penam bona delinquentis
cōsanguineorūq̄ hypothecauit. vt iuste ita fecit: cum neq̄ ius cōe
neq̄ particulare huic hypothece suffraget. vt. s. late dicta demon
strant. ꝛ hoc de primo. ¶ Quo ad scdm in quo queritur an homi
nes ipsius cōmunitatis seu ville in eiusdē causa testificari possint
Breuiter sciēdū qōnē hanc vulgarem pluribus in locis poni. Et
primo per Spe. in ti. de teste. §. j. ver. sed nunquid in cā vniuersita
tis. extra de testi. c. sup eis. ꝓ canonistas. ꝛ. c. veniens. el. ij. in fi. extra
de iureiur. ꝛ. c. Christ⁹. ad fi. xiiij. q. ij. sup prudētia ꝓ legistas. ff. de re.
diui. l. in tm̄. §. diuersitatis. ff. de in ius vocan. l. sed si hac. §. qui ma
numittetur. ff. quod cuiusq̄ vniuersitatis. l. ij. ꝛ per Cynuꝫ ꝛ alios
C. de testi. l. parentes. ꝛ breuis conclusio est quod aut res super qua
agitatur causa affert commodum vniuersitati seu communitati
vt vniuersis: ꝛ tunc possunt id: qꝛ qd vniuersitatis ꝛc. xij. q. qui ma
numittitur. Aut commodum affert ipsis de communitate seu vni
uersitate vt singulis: ꝛ tunc nō possunt ex generalitate. l. omnibus
C. de testi. ꝛ. l. nullus idoneus. ff. eo. tit. cum simi. ꝛ hec in proposita
consultatione dicta sufficiant ꝛc.

Consilium cccccix.

1 Contractus cũ inter conuenientes ponitur effectus vnius cõtract⁹ inserit vero verbũ per qḋ significat alius tunc dicitur cõtractus ille celebratus cuius effectus est positus: nõ autẽ ille que alia contrahentium verba inducerent. Exemplum ponit nu. 2. 4. 5. 6.

3 Locator fundi si colono propter sterilitatem pẽsionem anni dimiserit vsusq̧ fuerit verbo donatiõis: nihilomin⁹ nõ iudicat remissio pẽsionis vsq̧ ad tps sterilitatis ꝓpter ipsi⁹ remissiõis qualitatẽ

7 Verba in aliquo cõtractu posita nõ cõuenientia nature eiusdẽ atq̧ qualitatis illa semper impropriãtur ex equitate ſm ipsi⁹ cõtract⁹ qualitatem atq̧ naturam: et ita intellectum recipiũt. et nu. 10. et 11.

8 Verbi restituo interpretatio.

9 Verba duo circa eadẽ rem adiecta: quorũ quodlibet per se significat cõtractum diuerse nature: tũc verbũ importans contractũ magis plenum et potentius attrahit ad se verbum importans contractum minoris efficacie et illius virtutem reseruat.

12 Contractus a iure prohibitus ratione vtilitatis publice principaliter iuramento firmari non potest.

13 Donatio ipsarũ rerũ mobiliũ ex quo nõ valet quo ad ipas res an valeat saltem respectu estimationis earundem. et nu. 14.

15 Interpretatio plenior fit in vltimis volũtatib⁹ quã in cõtractib⁹.

16 Actiones an inter mobilia computentur. et nu. 18.

17 Actio competens ad rem mobilem prescribitur triẽnio prout ipsa res triennio vsucapitur: competens vero ad rem immobilem decẽ vel. xx. annis vt res immobilis vsucapitur.

19 Cessatio inhabilitatis an inducat reconualidationem vltime voluntatis antea an inhabili facte.

20 Manumissio nulla respectu persone minoris etatis propter inhabilitatis cessionem non reconualidatur.

21 Concessio per principem facta mulier eo qꝫ inhabili propter defectum etatis: non recõualescit ex eo solo quia inhabilitas cessat: vt quia maior etas superuenit.

22 Tractu temporis non firmatur quod ab initio non valuit.

23 Verba illa facio traditionem et exhibitionem cessionem etc. oĩm bonorum meorum mobilium et immobilium et actionum an probẽt aperte a donãte traditionem esse factam et cessionem actionis: et consequenter promissionem in hoc impletam.

24 Verba instrumenti dicentia: talis nomine donationis donatariũ inuestiuit etc. probant ipsum donatarium fuisse presentem. eo qꝫ inuestitura significat actum in presentem factum.

25 Instrumento statur donec probetur oppositum.

26 Exhibere ille solus dicitur qui rei presentia prestat.

Omnipotentis Dei postulato suffragio. Circa ꝓpositã consultationem in qua primo queritur an hmõi cõuentio quã maritus dicit se facere filij Joannis Rotti restõnem et donationem omnium bonorum suorũ presentiũ et futurorum sit contractus donationis vel in aliam speciẽ cõuentionis censeatur incidere. Dicendum quod cõtractus donationis sit. hoc quidem

1 probatur primo: †qꝫ cũ inter conuenientes ponitur effectus vnius cõtractus. inserit vero verbũ per qḋ significatur alius. tunc dicitur ꝯtractus ille celebrat⁹ cui⁹ effect⁹ est positus. nõ aũt ille quẽ alia cõtrahẽtiũ verba inducerẽt. Ista doctrina ꝓbat pͥmo ex tex. in. l. insulaꝫ ff. de pscri. ver. vbi dicit quod si insulã vẽdidi vt aliã insulam reficeres quãuis vsus in verbo p qḋ hmõi cõuẽtio significet ꝯct⁹ vẽditionis. Tñ qꝫ ipsa ꝯuẽtio hꝫ in se effectũ ꝯctus innoĩati do vt facias.

2 Igit iudicabit innoĩatus: nõ aũt vẽditio. †Scdo ꝓbat ex tex. l. si rẽ §. si cũ vnũ. ff. e. ti. vbi pꝫ qḋ si ego cõcessi tibi ad tps vsum bois mei vt mihi concederes vsum tui ꝗuis vsus fuerim verbo cõmodo. tñ nõ iudicabit iste cõtract⁹ cõmodati. sed ſm verba cõtrahẽtiũ ꝯct⁹ innominat⁹ do vt des: eo qꝫ cõuẽtio ipsi⁹ innoĩati contract⁹ effectũ

3 atq̧ substãtiã hꝫ. †Tertio ꝓbat ex. l. si vno verbo. sed et si verbo. ff. loca. vbi si locator fundi colono ꝓpter sterilitatẽ pensionem anni dimiserit vsusq̧ fuerit verbo donationis nihilominus nõ iudicat remissio pensionis vsq̧ ad tps sterilitatis propter ipsius remissio-

4 nis qualitatem. Quarto probatur ex tex. no. in. l. lucius. ff. de dona. vbi pꝫ qḋ si quis habitationẽ domus alteri cõcesserit quãdiu habitare voluerit vsusq̧ fuerit verbo cõmodo. nihilominus nõ iudicabitur cõtractus ille cõtractus nominatus alterõ cõcedentis verbo. sꝫ ĩcariũ ꝓpter ipsi⁹ ꝯuẽtiõis qualitatẽ et effectũ cuilibet pꝫ cõcessionẽ vsus nõ esse determinatã pacto vel re in natura ꝓut requirit ipsum comodatũ. et ita tex. illum not. do. Bal. in. l. ij. C. commo.

5 †Quinto probatur ex tex. in. l. vbi ita donat. ff. de dona. cã mor. vbi pꝫ quod si tibi dono cã dotis funduꝫ: ita qḋ donationẽ reuocare non possim censetur donatio ipsa inter viuos: eo qꝫ eius donationis qualitas que cõsistit in irreuocabilitate in cõuentione designatur quamuis cõtrahens vsus fuerit verbo donationis cã mortis.

6 †Sexto probatur ex doctrina do. Bal. referentis Nico. de mata. in rubrica. C. de iure emphi. ad fi. quod qñ ponitur inter conuenientes nomẽ vni⁹ cõtract⁹ et effect⁹ alteri⁹ iudicãdus est cõtract⁹ cui⁹ effect⁹ est posit⁹. et nomẽ oppositũ correspondens effectui hꝫ ꝓ non apposito arg. dicte. l. si vno. et. l. sed et si possessori. §. idem si iurauero. ff. de iureiu. Ita igitur in proposito cũ hmõi cõuentio. Marioti hꝫ in se effectũ et qualitatẽ donationis vt patet ibi dũ dicit. facio donationẽ oĩm bonorũ meorũ cũ aliud donare non possit quã id qḋ ꝓpriũ ei⁹ est cui donat. ff. de don. l. an edib⁹. §. donari. Et qḋ iste mariotus donet ꝓpria pꝫ qꝫ vtit verbo meũ: suũ aũt id ꝓprie dr cuius hꝫ dñiũ. et. l. quintus. §. argẽto. et. l. scribit quintus. ff. de au. et argen. le. Igit est ꝯñs vt iudicet ꝯct⁹ hic donationis nõ obstãti h⁹ verbis illius facio restõnẽ ex qb⁹ posset hic ꝯct⁹ icidere in aliã conuẽtionis

7 spẽm †Scdo principaliter ꝓbat qꝫ cũ verba i aliquo cõtractu sunt posita nõ cõuenientia nature eiusdẽ atq̧ qualitati: illa semper impropriant ex eqtate ſm ipsi⁹ ꝯctus qualitatẽ atq̧ naturã. et ita itellectũ recipiũt. Ita est tex. ff. si cer. pe. l. si tibi pecuniã. ff. locati. l. in. l.

8 et. l. si vno. ꝑal. et qḋ in glo. vtrinsq̧ no. et. d. §. sed si rerũ. †Igitur est ꝯñs vt vbũ illud restituo nõ ꝯueniẽs ꝗlitati seu nature ꝯct⁹ donatiõis q est celebratus nõ imutet ipsũ donatiõis ꝯctũ sed impropriet vt reducat ad ipsi⁹ donationis naturã seu ꝗlitatẽ. Et sic itelligant vba illa: facio restõnẽ. i. donationẽ. cũ et alias verbuꝫ hoc restituo exponat p iuriscõsultũ pro do. in. l. si plures. ff. de vt et vi ar. in. l. verbum reddendi. ff. de ver. sig. l. cũ quidã. de le. ij. l. heres meus in prin. de le. iij. vel exponat facio restõnẽ. i. ꝑditionẽ: cum verbum restituo pro perditione seu destructione a legislatoribus positũ reperiatur. vt in. l. pretor ait in prin. ff. de no. oper. nun. et. l. j. ff. qḋ vi aut clam. cum si. Hec est expositio ꝯueniens: qꝫ et qui donat maxime in excessiua ꝗtitate dr perdere. et ꝯñr se destruere. ff. de dona. l. filiusfa.

9 heredi. †Tertio probat qꝫ quõcũq̧ circa eandẽ rẽm super qua ꝯhitur adijciunt duo verba: quorũ quodlibet p se significat ꝯctũ diuerse nature: tũc verbũ importans ꝯctũ magis pleniũ et potentius attrahit ad se verbũ importans ꝯctũ minoris efficacie et illius virtutẽ reseruat. Hic est casus valde no. in. l. nõ solũ. §. fi. ff. de vsuca. vbi pꝫ si qs eadẽ rẽ cõducat et ĩcario rogat. et sic circa eã rem dicat se facere ꝯctus duos repugnãtes nature. vt qꝫ per eorũ vnum quis possidet per aliũ vero determinet tũc ꝯctus cõductionis magis plenus ꝓpter mercedis solutionẽ et magis potens qꝫ non ad nutum reuocabilis attrahit ad se verbũ importãs ꝯctum precarij minus pleniũ minusq̧ potentẽ eneruatq̧ virtutẽ eius. Et ad hoc illũ text. specifice no. Bar. in. l. si qs ante. ff. de acq. pos. Ita igit in proposito ꝯctus donationis magis potens magisq̧ plenus vt pꝫ ex his verbis dono oĩa hoa mea etc. Attrahit ad se verbũ illud facio restitutionẽ qḋ qdẽ importat cõuẽtionẽ restitutiuam minus plenam minusq̧ potẽtẽ. qḋ pꝫ. Cũ nõ sunt verba tot numero denotãtia ꝓpriã restitutionẽ. quot illa sunt que denotãt propriã donationem vt qꝫ

10 ex illis verbis meabor. igitur etc. †Tertio probatur: †qꝫ quotiescunq̧ stat in cõuentione ꝯhentiũ ꝯctus vnus in sui esse perfectus si ei post modũ: adijciuntur verba quẽ possunt cadere in nouũ cõtractũ ex huiusmodi additamento nouus ꝯctus non inducitur: sed trahuntur ea verba ad vnitatẽ atq̧ identitatẽ ꝯctus principalis. Et ꝯñr vnũ eundẽq̧ ꝯctum causant: non aũt diuersum. Hic est tex. valde notab. in. l. j. §. si rogauero. ver. qḋ si rem. et ver. si tibi mandauero. ff. deposi. Ita igitur in proposito cũ in huiusmodi cõuẽtione in alio stet ꝯctus donationis perfectus vt patet in illis verbis facio donationẽ omnium bonorum meorum igitur est ꝯñs vt verbum illud restitutionẽ qꝫ põt inducere alterius conuentionis speciem non inducat sed trahatur ad ꝯctũ donationis in sui esse perfectum atq̧ vnum et idem cum eo sit. Considerandum enim qḋ illud verbum restituo pluries repetitũ ab ipso donatore qui mer-

11 cator idiota erat fuit grosso modo prolatum. †Unde eius simplicitas in grosso modo verba proferendo ipsi ꝯctui donationis vel alio factas in forenses que idem constitutio valida est vt. l. j. C. non licere habita. metrop. li. x. et in. c. si. per locũ a spãli. de immu. eccle. lib. vi. et in. l. quorum. ff. de pigno. Adeo vt nec ex huiusmodi donatione naturalis obligatio orta fuerit qḋ volunt notata per Bar. in. l. cum lex. ff. de fideius. Cuius dicta per modernos examinantur in. c. cum contingat de iureiu. et in. l. non dubium. C. de legi. probat ex causa notabili insti. de inuti stipu. §. ideꝫ iur. in verbo protinus. et in. l. j. §. si id qḋ. ff. de actio. et obli. vbi patet ex eo contractu ex quo res ea promittitur cuius is cui facta est commissio non habet commercium: vt est id proposito casu non oriri naturalem obligationem. Et ita text. illos ponderat Bart. in. l. j. de noua. etc. Secundo probatur magis in specie ex casu notabili in. l. j. in fi. C. nõ licere habita. vbi patet reddi debere rem illam que municipali constitutione vel legali in homines alterius territorij alienare prohibita est et si in eundem alienata fuerit ex contractu ergo sequitur naturalẽ obligationem non ortam quoniam si orta fuisset soluti repetitio impedita fuisset. ff. de actio. et obli. l. naturales. Ceterum hoc subiũgo cum alienationis contractum iuramento non firmari qḋ manifestissime demonstratur qꝫ alienatio huiusmodi in forenses prohibita est rõne vtilitatis publice principali. scꝫ vt facilius imponi

12 possint onera ꝓ republica atq̧ ea imposita exigi. †Clarũ est autem ꝯctũ a iure ꝓhibitũ rõne vtilitatis publice principaliter. i. iuramẽto firmare non posse. de fo. compe. c. si diligenti. ad fi. ff. de pa. l. iuris gentium. §. si paciscar. in fin. l. quemadmodum. et. l. ij. in gloss. C. de agri. et censi. lib. xj. et plene no. Bar. in vulgata. l. si quis pro eo. et. l. fetus etc.

13 scius. et ang. de iureiu. c. cū contingat. et hec de scdo. ¶ † Quo ad ter-
tiū in quo querit̄. An ex quo nō valet donatio ipsarum rerū mo-
biliū quo ad ipsas res valeat saltē respectu estimationis earundē.
dicēdū q̄ pass⁹ iste pulcher est et dubitabil. et qd̄ vr̄ p̄ria fronte qd̄
sic p̄ casum ad hoc iudicio meo valde notabilē i. l. fi. ¶. tali. fm̄ intelle
ctū gl. sup verbo mulcet. C. de litigi. vbi est expssū donationē rei li-
tigiose. et sic tal' cuius pēdēt lite. nō ē cōmerciū rōne interdicte alie
nationis. vt est expssum. i. l. i. §. fi. ff. q̄ res pigno. q̄uis nullā respectu
ipsi⁹ rei tn̄ validā fore respectu estimatiōis eiusdē quā dicta lex do-
beri vult donatario si rei sibi donate qualitatē ignorauerit. Ita
igit̄ in p̄posito dicēdū q̄ q̄uis nulla sit donatio facta hmōi consan
guineis quo ad ipsas res eo q̄ cōmerciū i ipsa re nō habēt p̄pter in
terdictā in eos alienationē: tn̄ erit valida respectu estimationis ea-
rūdē tā q̄ p̄sumant ignorare statutū p̄hibitiuū alienationis eo q̄
forēses. vt est in iure notissimū. ¶ His tn̄ nō refragātibus in pro-
posito casu vnū veri⁹ existio. Primo q̄ vbi rei alienatio etiā a titulo
p̄hibet in tertiū fieri rōne vtilitatis publice principalr̄ put est in
casu p̄posito. vt supra deduxi: tūc nulla est ipa donatio nedū quo
ad rē: sed et vt nō succedat obligatio in estimationē. Iste est textus
valde notabil' in. l. i. i ¶bo et quācūq3 estimatiōe. C. de contr. iud. ¶. re-
rū. i. loco qs iurisdicēdi p̄sidet p̄posituri p̄hibere i ips3 iurisdictiōe
donatio vel alienatio alia rōne vtilitatis publice p̄ncipalr̄. s. ne stu
dio cōtrahēdi amicitias vel inimicitias captat: p̄pter qd̄ iustitia per
uertat̄ et ne a studio iustitie reddende distrahant̄. ar. ff. de re. mili. l.
milites agrū. et dicto casu ipsa donatio nulla nedū quo ad rem: s3
vt teneat̄ donator ad estimationē. Uñ tex. ille vr̄ hēre hmōi qōnis
14 casum. † Scdo istud idē deducitur ex regulari doctrina glo. quam
approbat bar. et cōiter ocs in. l. multū interest. in ¶bo stiplonem. ff.
de ¶. ob. dicēte q̄ doctrina posita p̄ iurisconsultū i. l. filiusfa. in. §. si q̄
alicui. ff. de leg. i. et. l. fideicōmissi. §. si seruo. de leg. iii. volens qd̄ cum
mihi qd̄ legat̄ cui nō habeo cōmerciū p̄pter defectū persone. non
tn̄ concludēt ad delictū vel secte diuersitatē: qd̄ legatū nullū sit et q̄
ad estimationē si testator mihi legauit ignorans inter persone defe-
ctū: si ¶o sciēs validū quoad estimationē locū nō hz i contractibus p. d.
l. multū interest. ¶ Si eni mihi p̄mittit̄ ipsa p̄missio nulla cui⁹ rei i
p̄ticulari cōmerciū nō habeo. vt est in casu p̄posito siue scienter: si
ue ignoranter p̄mittat̄ ipsa p̄missio nulla est. vt in re. et i estiatiōe: et
15 diuersitatis rō est: † q̄ i vltimis voluntatib⁹ plenior interpretatio sit
q̄ in contractib⁹. de reg. iur. l. in testa. extra de dona. c. cū dilecti. cum si.
ergo gl. or. et cōis sn̄ia in. l. multū. hāc dubitationē decidunt in ter-
minis. Nō ob. tex. in. d. l. fi. q̄ ibi loquit̄ cū donatio nulla reddit̄ in
odiū ipsius donātis rē in lite positā et fauorē tertii priuati. s. sup di
cta litigātis: qm̄ tūc estimatio debet̄. vt ibi. Sec⁹ vbi ipsius rei dō-
natio in odiū ipsius rei donātis non est principalr̄ annullata: sed
p̄ncipalr̄ in fauorē reipublice. vt i casu p̄posito: q̄ tūc estimatio nō
est debita p̄pter sn̄iam glo. in. d. l. multū. p̄ tex. i. d. l. i. C. de contr. iud.
Et ex his apparet nō refragar' not. do. Bal. in. l. cū q̄s. C. qui dele.
q̄s. et gl. quā allegat i. c. i. de relig. domi. li. x. Secto loquit̄ q̄n expres
sum actū fuit vt si valere nō posset dōatio in re valeret i estimatio-
ne: q̄n si sec⁹ intelligeret̄ falsum foret p̄ supradicta. et hic de tertio
16 ¶ † Quo ad quartā i q̄ q̄rit̄ an valeat dc̄a dōatio respectu actio
nis cesse ad duo milia et sic ad rē mobilē. Breuiter in hoc vidēdum
occurrit an actiōes inter mobilia cōputent̄. et qdā p̄ gl. in. l. fi. C. in q.
cau. in inte. resti. nō est neces. cōputare vt ipsas actiōes inter mobi-
lia. ar. l. an p̄tor. §. i. ff. de iure delib. Sed text. in. l. vnica. §. exactio. de
re. uxo. et in. l. ii. §. mobiles. C. q̄n et q. quar. ps debet̄. li. x. videtur illas
cōputare inter mobilia. alibi no. tex. in. l. q̄ tuberonis. §. i peculio. ff.
de pecu. et l. i. a diuo pio. §. in vēditione. ff. de re iud. vr̄ easdē ponere
tanq̄ tertiā spēm de p̄ se. gl. i. l. vinctiū. ff. de ¶b. sig. De hoc dubitat
gl. s3 i. l. i. C. si aduer. trāsac. et in aut. de nō alie. §. hoc ergo distinguit
q̄ aut competit actio ad rē mobilē: et tunc inter immobilia cōputat̄:
aut ad rē imobilē: et tūc inter mobilia cōputat̄. ad qd̄ text. insti. de
17 vsuc. l. i. ver. et iō. † vbi vult actionē cōpetentē ad rē mobilē p̄scribi
triēnio prout ipsa res triennio vsucapit̄. cōpetent̄ ¶o ad rē immo
bilē. x. vel. xx. ann. vt vsucapit̄ res imobilis. ipse monet et nō deter-
minat clare i ti. de fruc. et inter. §. i. ¶. ii. q̄rit̄. et ¶si. qd̄ si debeo. Ego
dico q̄ aut volum⁹ considerare actionē respectu sui⁹ ipsi⁹. et tūc illa
nō ē mobil': neq3 imobil' essentialr̄: q̄ ē res corporal' q̄ tāgi vr̄ palpari
si p̄t. vt insti. de re corpo. §. icorpales. Et q̄ ēt certo loco n̄ claudit̄ neq3
determinat̄. l. fi. C. de p̄scri. lō. tē. et. l. fideicōmis. §. tractatū. ff. de iud.
l. vxorē. §. legauerat. de le. iii. l. corruptionē. C. de vsufru. Et ita loqui
tur tex. l. d. §. i vēditiōe. et l. d. §. i peculio. Aut volumus considerare il-
lā respectu ei⁹ ad qd̄ cōpetit: et tūc ē mobilis aut mobile put ē res
illa ad quā dat̄. et ita loquūtur vltie gl. quas seq̄t̄ Dy. et bart. in. l.
18 p̄t. ff. de auto. tut. et alii in. l. iubemus. la. ii. C. de sac. sanc. ec. † Illas
tn̄ sic limitauit Lapus in ei⁹ allegatiōibus. allegatione. xx. dicens
illā dictionē p̄cedere in his actionib⁹ q̄ competūt ad certā spēm: q̄n
si cōpetant ad q̄titatē in genere put est in casu p̄posito tūc considera
ta p̄ respectū ad id ad qd̄ cōpetūt nō cōputabunt̄ inter mobilia: sed
facient tertiam speciem: quod p̄bat: quia ipsa actio de p̄ se nō est
res mobilis essentialiter: q̄ nec tāgi nec palpari pōt vt. d. §. incor-
porales. Nec etiā ipsum gen⁹ ad qd̄ competit essentialiter mobile
vel imobile cū eni intellectu consistāt nō i tactu. Tāge eni si potes ge
nus hūanū vel gen⁹ pecunie aut sermoꝝ. Et h̄ ē singulare ¶bū nec
memini ab alio doc. dictū. Cū3 itaq3 in p̄posito cōstō ipa p̄hibeat
in nō suppositū iurisdictiōi sue alienare actiones igit̄ erit consn̄o vt
intelligat̄ prohibuisse eas vt facientes tertiā spēm de p̄ se p̄ p̄dicta.
Et consn̄r hāc de q̄ q̄rit̄ qd̄ competit ad certā q̄titatē in gn̄e et sic ē talis
q̄ fm̄ opi. Lapi nō uenit appellatione mobiliū vr̄ imobiliū: s3 ter
tia spēs est de p̄ se cōsiderata. cū eni statutū gn̄alr̄ actiōes alienare
p̄hibeat gn̄alr̄ ē itelligēdū. ff. de le. p̄stā. l. i. §. gn̄alr̄. ff. de testa. mil. l. in
fraudē. §. fi. de maio. et obe. c. solite. cū si. et consn̄r vt includat eas actio
nes q̄ tertiā spēm bonorū de p̄ se faciāt q̄ et decisio verificat̄ ex ver-
bo iura. in eadē cōstōne posito. vbi p3 cū constitutionē p̄hibuisse et iu
riū alienationē in gn̄e. et sic ei⁹ iur. qd̄ ad hāc q̄ntitatē pertinebat
Nec ē dicēdū qd̄ ipa cōstō p̄ūtāda sit post verbū iura. et consn̄r quod il-
lud sit substātiuū ¶bi imobilia: imo p̄ūctari d3 post ¶bū immobi-
lia. et sic illud verbū iura stet p̄ semetipsum. Hoc aūt verū esse probo
ad termiationē ex gl. sing. in. c. i. in ¶bo clhesi. de tēp. or. li. vi. dāris eo
certinā qd̄ ver. si lr̄a legis vno mō p̄ūcteret̄ decidit casū3 de q̄ dubitat̄
Si vero alio mō decidit p̄ūctari d3 illo mō fm̄ quē decisionē induc
cit et si sum⁹ in penitētiali materia ad h̄ vt nullū ¶bū stet sine vir-
te opatiua. arg. de priuile. si papa. lib. vi. de leg. i. si q̄s. ¶ Et hoc vbi
idētitas rōnis ē inter casum d cui⁹ decisiōe dubitat̄ et illū q̄ est cla-
re decis⁹ vt ē in casu p̄posito p̄ dcā i. ii. articlō. circa fi. Et hec d q̄r-
19 to. ¶ † Quo ad q̄ntū in q̄ q̄rit̄ an ipa alienatio recōualeret̄ p̄pter cō
stitutionē subsequētē p̄ quā habilitati sunt ipsi forēses ad acqren-
dū bona in ciuitate. ¶ Breuit̄ omissis iurib⁹ q̄ tāgūt an cessatio i
habilitatis inducat recōualidationē vltie volūtatis antea ab ihabili
fcē q̄ ifinita sunt. Capiam⁹ q̄ dicisionē ex iurib⁹ q̄ loquūt̄ in contra
b⁹. s. an illi nullit̄ celebrati inter p̄sonas inhabiles prout in p̄posito
recōualescāt solū p̄p subsequētē cessationē ihabilitatis. Et in h̄ ca-
su considerādū qd̄ aliq̄n cessat inhabilitas nō ex noua cōstōne seu p̄ri
uilegio suprueniētib⁹ p̄p lapsum tp̄is cui⁹ p̄sistētia ihabilitatē idu-
cebat: et tūc illa sola cessatio ihabilitatis nō īducit act⁹ recōualescē-
tiā: s3 nou⁹ consensus⁹ reqrit̄ ad illā idnedā. Et in duob⁹ casib⁹ reperio
sufficere tacitū q̄ inducit̄ ex taciturnitate cū lapsu qnquenii. Hoc
qdē p̄mo p̄bat̄ in. l. si qs in senatorio. i. l. si qs tutor. ¶. q ¶bo. et h̄ in
l. eos. ff. de ritu nup. i. l. in fi. C. si rec. pui. l. i. et si consn̄. C. de nup. l. c. i. §. nec
mr̄imoniū de desp̄ō. ipu. li. vi. et in. c. ad id. qd̄. ex de sp̄ō. et i. c. litas de
desp̄ō. ipu. In qb⁹ p3 mr̄imoniū seu sp̄ōsalia: igit̄ nulla: q̄ inter
ihabiles contracta p̄p defectū etatis vr̄ p̄manentiā cōiugationis legal' ca
ihabilitate cessate vt puta q̄ supueniat legitia etas vel dissoluatur
cōiugatio nō ipso iur̄ recōualescūt: s3 necesse est ostēdere p̄ signa aliq̄
vr̄ ¶ba qd̄ contrahētes ipsi post inhabilitatis cessationē in eadē volūtate
20 perseuerauerunt. † Scdo p̄bat̄ ex eo in. d. l. i. C. de contr. in. et in fi. C.
si maior fact⁹ fuit decre. vbi est expssū3 qd̄ alienatio fcā illi q̄ fuit in-
loco iuri reddēdo nō cēset̄ cōualescet̄ eo ipso qd̄ supuenit ihabilita
tis cessatio: puta qd̄ minor etati deficit vel ipse officij: sed necesse est
ostēdet̄ de ratihabitiōe ¶bis vr̄ signis: vr̄ de taciturnitate qnquē-
nali post lapsum ipse officij seu minoris etatis. ad idem. l. si minor.
ff. de seruis expor. ¶. manumissio nulla p̄pter respectū persone mi-
noris etatis nō cēset̄ recōualidata ob hoc qd̄ cesset inhabilitas: pu
21 ta q̄ deficit minor etas. ff. Ad idem. c. si eo tp̄e descriptis. li. vi. † vbi
cōcessio p̄ principē facta nulliter eo q̄ ihabili p̄pter defectū etatis
nō recōualescit ex eo solo q̄ inhabilitas cesset. vt q̄ supuenit ma-
ior etas. Aliq̄n ¶o essent p̄sone vel rei inhabilitas p̄pter supioris
cōstitutionē vel factū nouiter superueniētē. et tūc ex eo solo qd̄ iha-
bilitas cessat nō cēset̄ actus reconualidus nulliter añ cessionem in
habilitatis gestus. Hoc primo probat tex. in. l. inter stipulantē. §.
factū. et in. l. cōtinu⁹. §. cū quis. ff. de ¶b. ob. et inst. de inuti. stipu. §. idē
iuris. vbi est expressum quod stipulatio ab initio nulla p̄pter ha-
bilitatis rei ab initio in ea cōducte cuius nō est cōmercium nō re-
cōualescit p̄pter cessationē inhabilitatis supueniētis ex eō supioris
puta eius autoritate sacra esse desierit vel publica. Scdo p̄batur
q̄ de ēē et d natura cōstōnis ē futura respicet̄ nō aūt p̄terita. et sic non
robur in p̄teritis gestis elicet̄ si nulla sunt. C. de legi. l. leges. de consti.
l. fi. C. de decurio. l. diuc. cū si. Alteri⁹ p̄bat̄ ea cōclō ex eadē nouissi-
ma forma argumētādi q̄ hz contrariorū eadē esse disciplinā. Sed constō
supueniens nō intelligit̄ actū validare: q̄ tūc cum fuit gestus erat
validus v3 ex gn̄alitate. d. l. leges. et d. c. fi. Et i terminis decidit do.
Bal. in. l. si mr̄e. C. de suis. et legit. p. l. si postea. §. ff. vnde liberi. igit̄
ecōtrario nec actū ab initio nullū intelligitur recōualidare. Ulte-
rius probatur eadē conclō ex tex. ad propositum notabili in. l. conti-
nuus. §. cū quis. ff. de verbo. ob. dū ad cōsiderandā validitatem vel
inualiditatē contractus sic formaliter dicit nō fm̄ futuri temporis ius
sed factū preteritū estimari d3 stipulō et c. Est enim in contractibus ea no
tissima regula vt id tp̄s spectet̄ quo contrahimus. ff. de regu. iur. l. nō oē.
ff. de stipula. seruo. l. fi. de ¶bo. obli. l. filiusfa. Ultimo probatur eadē
conclusio ex regula. l. ab initio. et. l. ab initio. ff. de reg. iur. et. c. nō firma
tur eo. tit. li. vi. l. obligari. §. tutor. ff. de aut. tuto. insti. de auto. tuto.
22 §. tutor. † In quibus dicitur tractu temporis non firmari quod ab
23 initio non valuit. et hec de quinto. † Quo ad sextum in quo queri
tur an per illa verba facio traditionē et exhibitionē3 cessionem et c.

olim bonorum meorum mobilium et immobilium et actionum. probatur aperte a
donante traditionem esse factam et cessionem actionis. et similiter promissio
nem in hoc impletam. Breuiter dicendum quod quantum ad translationem actio
nis per cessionem di impleuisse promissionem: quia operatur cessio in iuribus
incorporalibus ut est actio: quod operatur traditio in ipsis corpora-
libus. ut no. glo. in l. fi. ff. qui fiscus. vel prima. in l. ad eum. ff. de dona.
et patet in l. iij. §. dare. ff. de vsufruc. et in l. quot. ff. de serui. titu. ge. ut
n. libenter actionis cessione me promisisse sufficit tex. me credere cum
aduersus quem credo meum creditorem esse. ff. de heredi. vel actio.
ven. l. si nomen. vbi est expressum. Quo vero ad res corporales puta
mobiles vel immobiles quod dependet ex hoc. s. an per illa verba facio
traditionem etc. probetur res ipse quas donans tradite et quidem quod ista re-
periuntur posita per bar. in l. predia. ff. de acqui. pos. per Bald. in rubri-
ca. C. de contrahen. empt. per Ang. in l. quedam mulier. ff. de rei ven. per
Spe. in tit. de empt. et ven. §. i. v. sed quid si in instro. et per Jo. an. in
addi. in eo. §. in addi. que incipit. querit Odof. super. l. si seruum etc. per
do. Anto. in d. c. ij. de consue. Breuis autem conclusio est quod aut res
fuit in presentia. et tunc probatur tradita. ff. de acqui. pos. l. cum in eo. §. si vendi-
torem. Aut in absentia: quia tunc non probatur tradita. sed inducit ea ver-
ba licentiam ingrediendi propria autoritate. ut in d. l. predia. et l. ij. ff.
de acquiren. pos. Stat ergo discutere quid in casu dubio. s. cum non
stat de presentia vel absentia. et tunc presumatur presentia rerum. et consequenter presum
ptiue sit probata traditio. et quidem prima fronte videtur dicendum quod
non: quia probatio presentie debet esse liquida quia presentia est de substan
tia rei. ad hoc. ff. de publi. l. quodcunque. §. a pupillo. Et quod not.
in l. j. C. de fide instru. lib. x. et videtur expressum in l. ij. C. de sta. et ima.
quam ad hoc allegat Oldra. et Jo. an. in locis inferius allegandis.
Hoc tamen non refragante in proposito casu veritas sic habet in
contrarium. et moueor primo ex autoritate do. Oldra. in similibus termi
nis in consiliis suis. consi. ccxix. Cuius verba refert Joan. an. in di-
cta additione incipiente. Querit. Odofre. do. Bal. qui etiam cum
2 ; tacet in rubrica. C. de contrahen. emp. † dicentis quod verba instru-
menti dicentia talis nomine donationis donatarium inuestiuit etc.
probant ipsum donatarium fuisse presentem: eo quia inuestitura
designat actum in presenti in presentem factum. Ex qua ratione
verba que presupponunt stipulationem. et sic ius probant ipsius
furis in transitum solennitatem. s. presentiam vtriusque persone cum
sine non potest stipulatio perfici. ff. de verb. obli. l. sciendum. et l. ri-
tia. §. idem respondit. et l. ij. insti. de inuti. stipu. l. si scriptum. inst. de
fideius. §. fi. C. de contrahen. emp. et commit. l. j. Alia pariter verba
que supponunt inuestituram. et sic factum includunt eius intrinse-
cam solennitatem et veritatem. et sic presentiam personarum non aliter hu-
iusmodi inuestitura fiat ex communi consuetudine. Ita igitur in
proposito cum dicat donator se facere exhibitionem etc. illo codem tempore
25 quo ad traditionem. † Ex quibus quidem exhibitio probatur quia stat
instro donec probetur oppositum. C. de prob. l. cum scribus. cum si merito
dicamus ut censeatur etiam probata ipsarum rerum exhibitarum presentia que
26 est ipsius exhibitionis intrinseca solennitas. † Cum ille solum exhibere di
catur qui rei presentiam prestat. ff. de ver. sig. l. si. ff. ad exhi. l. ij. ff. de tab.
exhi. l. locum. §. quid sit. ff. de li. ho. exhi. l. iij. §. ait pretor. Et sicut ex quo
presumitur per predicta presentia probata intelligetur per predi
cta verba instrumenti traditio et probatio. Et hec conclusio proce
dit in rebus immobilibus que tempore ipsius donationis erant
penes ipsum donatorem: quo autem ad bona postea acquisita non
potest per illa probari realis traditio: quia cum illa donationis tempore certa
ta fuerunt omnino tam ratione quote quam ratione loci. igitur impossibile fuit
illa tradi vel accipi. ff. de acqui. pos. l. locus certus. Nec est dicendum
sine traditione illorum ius translatum esse in hos donatarios trans-
latum esse ex generali societate inter eos et donantem contracta: quia quamuis ex
ea transferat sine traditione ius presentium. ut l. j. §. in societate. ff. pro so
cio. Non tamen ius futurorum. ut l. j. §. in societatem. la picola. ff. co. ti. Ex his
ergo quo ad hoc concluditur impletionem presentis contractus quo ad tradi-
tionem rerum que tempore donationis penes donantem erant tamen ex contractu socie-
